

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
LIII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XXIII PARS**

Ostpr. Fol., vol. 42, 49, 1532-1534

edidit

CAROLINA LANCKOROŃSKA



NON EXTINGUETUR

R O M A E 1 9 8 1

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA VIRGINIO ORSINI 19 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De Archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituant*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

ANTEMURALE, I-XXIV, Romae, 1954-1980

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565), Ind. nom. proprie. 1960. (*Archivum Secretum Vaticanum*).
- II — «*Liber Disparata Antiqua Continens*» Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424), 19 facs. Ind. nom. proprie. 1960. (*Archivum Capituli Trident.*)
- III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787), 29 tab. Ind. nom. proprie. ind. chron. 1961.
- IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603), 9 tab., Ind. nom. proprie., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682), 4 tab., 1962.
- VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc. (A.D. 1603-1629), 8 tab., Ind. nom. proprie., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1962.
- VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XIV+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676), 11 tab., Ind. nom. proprie., ind. chron., 1962.
- VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791), 7 tab., Ind. nom. proprie., ind. chron., 1963.
- IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572), 8 tab., Ind. nom. proprie., 1964.
- X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+343, 1399 doc. (A.D. 1568-1676), 12 tab., Ind. nom. proprie., ind. chron., 1964.
- XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214 doc. (A.D. 1567-1579), 7 tab., Ind. nom. proprie., ind. chron., 1964.
- XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab., Ind. nom. proprie., ind. chron., 1964.
- XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab., Ind. nom. proprie., 1965.
- XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab., Ind. nom. proprie., 1965.


INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
LIII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XXIII PARS
Ostpr. Fol., vol. 42, 49, 1532-1534**

edidit

CAROLINA LANCKOROŃSKA



NON EXTINGUETUR

R O M A E 1 9 8 1

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKOROŃSKI
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA VIRGINIO ORSINI, 19 - ROMA

I N D E X R E R U M

Introductio	Pag.	VII
Abbreviationes	»	VIII
Textus	»	3
Elenchus epistolarum	»	249
Index personarum et locorum	»	259
2 Tabulae		

INTRODUCTIO

In hoc LIII volumine Elementorum ad Fontium Editiones (quod continuatio est voluminis praecedentis) publicantur in copiariis descripta exemplaria epistolarum, trium annorum intervallo (1532-1534) ab Alberto in Prussia duce in Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae missarum. Praeter epistolas ab ipso duce Alberto (vel eius nomine) scriptas, exstant quoque aliquot litterae, ab eius coniuge duce Dorothea, fratre marchione Gulielmo vel a Ducatus Prussiae consiliariis datae. Maximum sane epistolarum hic typis impressarum numerum non Regni Poloniae cancellarius, Christophorus Szydłowiecki, qui 30 decembris 1532 vita functus erat, sed ipse rex Sigismundus I accepit (82 epistolas). Nonnullae epistolae datae sunt ad Sigismundum regem Poloniae iuniorem et ad reginam Bonam. Similem ac in antecedenti volumine epistolarum quantitatatem habuerunt proceres Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae, spirituales et saeculares, nempe Petrus Tomicki, Ioannes Chojeński, Albertus Gasztold, Lucas et Andreas a Górką aliique. Secundum post regem locum, quoad acceptarum epistolarum numerum (70), obtinet Nicolaus Nibschatz (qui in volumine praecedenti nonnisi 27 epistolas accepit). Omnes epistolae ad Nibschatz datae lingua germanica conscriptae sunt. Quarum rectam lectionem statuere verumque sensum intelligere non raro difficilimum erat ob mirum sane ac nimis liberum scribendi modum ac rationem, qua earum scriptores vel amanuenses utebantur, ut de erroribus frequenter ab eis commissis taceamus, ita ut aliquando non solum singula verba minus correcta esse, sed et integrae propositiones hic typis impressae mendis typographicis nimis abundare videantur.

Collegae nostro Luciano Olech, pro studio et diligentia in hoc edendo volumine adhibita, hic quoque magnas agimus gratias.

C.L.

ABBREVIATIONES

- A.T. Acta Tomiciana
El. Elementa ad Fontium Editiones
M.D.L. Magnus Ducatus Lithuaniae
R.P. Regnum Poloniae

TEXTUS

1532

N. 677.

Rastenburgi (Kętrzyn), 1.I.1532.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, castellano Cracoviensi, R.P. cancellario,
felicem Annum Novum precatur; legatos suos commendat et rogat, ut
eis « praeesse, adesse ac omnibus modis prodesse » velit, quo « cle-
mens regium responsum assequi valeant ».*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 290.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 191-192.

N. 678.

Rastenburgi (Kętrzyn), 1.I.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

*de duobus bonis equis ei iam missis et de tertio, quem nunc mittit,
nuntiat; felicem Annum Novum ei precatur et negotia sua com-
mendat; proceres et amicos salutat.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 91-91v.

An Nibschatz 1 Januarii.

Uns ist dein schreiben zukommen und achten fur unnochtig dasselb
allenthalben zu erwiddern, dann wir dich mit langem schreiben nicht
gern aufhalten, und haben den brief, unser freuntlichen, lieben bruder
marggraff Georgen etc. anlangendt, entpfangen. Das du aber melden
und dich so hoch zu vordienien erpieten thust den gnedigen willen,
so wir gegen deiner person tragen, wissen wir wol, do wir noch beide
junger. Das du dich jho und allwegen alles dienstlichen willens gegen
uns bewiesen, zueifeln auch gar nicht, du werdest nochmals nichs, wes
uns zum besten kommen khan, undterlassen mit erbietung, wes wir
dir hinwider zu gnaden thun mogen, soll an uns nichs erwinden und
wollens gern thon.

Und nachdem du der zweien pferdt halben, weil sich ein mangel
zugetragen, bericht bittest, must duss denn teutzschen schreibern,
die die polnischen wort nicht wol schreiben und nachmalen konnen,

vorzeihen, und solst noch die whall undter den^{a)} zweien pferden haben, und das ander herren Schworoffsky¹⁾ überantworten. Das aber die pferdt so dur gen Crakaw kommen, ist uns leit, dann sie hubsch von Konigspergk ausgangen, und wir jhe nicht gerne etwas vorschengken wolten, damit nicht danck zu erlangen. Und schigken dir hiemit den dritten gaul, welchen dir unser bruder marggraff Wilhelm geschengkt, und das damit verzogen ist zu Konigspergk übersehen und nicht derhalben bescheen, das dirs gestolen solt werden, dann wir dir lieber zwen darfur geben wolt. Unsers vorsehens, ehr soll dir, wie wir alhie gesehen, woll gefallen.

Und wunschen dir daneben ein seligs newes jhar mit gnedigem bergen, du wollest dir unser sachen neben unsern rethen treulichen lassen bevolhen sein, und uns alle herren und gute gesellen, wie du am besten waisst, und sonderlich herren Grisska²⁾ und Protzka³⁾ grussen und dir gnedigen willen zu erzaigen seindt wir geneigt. Datum Rastenburg ut supra.

a) *sequitur expunctum*: p

1) Zborowski?

2) *Fridericus Iskra (vel Giskra).*

3) *Venceslaus Proček.*

N. 679.

Rastenburgi (Kętrzyn), 3.I.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

rogat, ut nova telonea in Lithuania a Caunensibus «contra inita foedera» instituta abrogentur.

Cfr. El. XXX, N. 90.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 192-194.

De novis teloneis in Lithuania a Cawensibus constitutis, quae ut prohibeantur rogat.

Scripserunt mihi subditi et fideles mei, mercatores Montis Regii, indicantes eos a praefecto et civibus Cauensibus non admodum amice tractari, sed contra inita foedera inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum Borussiae cogi ad nova et insueta telonea et alias exactio-nes. Id quod Regia Vestra Maiestas ex inserto supplici libello facile perspicere potest. Proinde supplicantes enixe, ut eo nomine Regiae Vestrae Maiestati scriberem atque ab eiusmodi oneribus liberarem. Ego, qui meis neque debeo neque volo deesse, supplico Regiae Vestrae Maiestati, ut non gravetur foedera et pacta sic conservare, ut meis subditis nullum discrimin pariant, praesertim vero quia meum ius in Kukernese non sine rerum mearum iactura eo nomine eis cessi. Quantum mea mediocritate fieri potest, dabo vicissim operam, ut mei subditi nihil temere committant, quod veteribus pactis et consuetudinibus contraire queat, et ut non aliis quam obsequentissimus subditus Princeps inveniar... Datae Rastenburgii, III Ianuarii anno etc. XXXII.

Schedula

Serenissime Rex, conqueruntur subditi mei in Mazovia quoque nova telonea institui, quibus officiales et subditi mei non parum graven-tur. Proinde supplex rogo, ut in Mazovia quoque idem iubeat Regia

Vestra Maiestas, ut contra vetera inita pacta nihil temere innovetur. Si quid vicissim poterit tantilla mea opera^{a)}, quod ad Regiae Vestrae Maiestatis honorem et dignitatem augendam et amplificandam faciat, dabo operam, ut diligenter praestem atque sedulo. Datae ut in literis.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae, III Ianuarii.

a) sequitur expunctum: dabo operam

N. 680.

Rastenburgi (Kętrzyn), 3.I.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschitz

litteras Nicolao Minckwitz, qui nunc apud Hieronymum Laski commo-
ratur, destinatas accludit et rogat, ut eas ei illuc transmittat.

(Germanice)

Cfr. El. XLVI, N. 66.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 91v.

N. 681.

Rastenburgi (Kętrzyn), 20.I.1532.

Albertus dux in Prussia

Basilio Czyż (in ms. Waszyley Czysz), equisoni Lithuaniae,
pro equo dono misso et pro novis communicatis gratias agit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 194-195.

N. 682.

E Regio Monte, 25.I.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Szukajtis (in ms. Schukaitis)

pro Iacobo Grolock, subdito suo, intercedit, ut ei ligna, « prae-
textu teloneorum quorundam » iniuste detenta, reddere velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 195-196.

N. 683.

E Regio Monte, 6.II.1532.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górkka, castellanidi Posnaniensi,

scire vult, quid facturus sit in causa hypothecae pro arce [Schönberg],
« ut sciamus, quale responsum demus iis, qui a nobis usumfructum
 eius arcis cum suis pertinentiis petierunt ».

(Latine)

Cfr. El. LII, N. 636.

Ostpr. Fol., vol. 49I, ff. 196-197.

N. 684.

E Regio Monte, 14.II.1532.

Albertus dux in Prussia

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
Iacobum Kampen, civem Gedanensem, litterarum latorem, commendat;
rogat, ut se reddit certiorem, cur negotium visendorum et definiendorum limitum non processerit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 299.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 197-199.

N. 685.

E Regio Monte, 14.II.1532.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Wysocki, canonico Vladislaviensi,
litteras et bullas sibi Roma missas, per famulum eius in itinere mortuum adferendas, sibi transmitti petit, «si quid forte earum literarum ad Dignitatem Vestram pervenerit».*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 199-200.

De literis et bullis a Roma missis.

Certiores facti sumus Theodericum a Rheden, procuratorem nostrum, quem Romae habemus, mense Iulio elapsi vigesimi primi anni aliquot literas ad nos scriptas, necnon aliquot bullas ad Dominos Leonhardum Nyderhoff et Alexandrum Sculteti, Doctores et Canonicos Frauenburgenses^{a)}, pertinentes, per Dignitatis Vestrae famulum transmisso. Famam autem Romam allatam eundem in itinere mortuum esse. Quia vero dictae literae ad nos nondum pervenerunt et tamen nostra intersit vel maxime eas habere, nimirum quae res magni momenti, quas nos scire nostra referat, in se habent, maiorem in modum et gratiore desyderamus, ut Dignitas Vestra non gravetur nobis eas, si quid forte earum literarum ad Dignitatem Vestram pervenerit, transmittere. Sin minus, ut tum, si modo conscientia esset, ad quem aut quoniam locorum perlatae essent, id nobis suis literis significare velit. Id quod iterum atque iterum fieri cupimus. Nos dabimus operam, ut in re longe maiore Dignitati Vestrae vicissim commodemus. Quam bene valere optamus. Datae e Regiomonte, ut supra.

In initio epistolae in margine: Ioanni Visotzky, Canonico in Leslaw, die qua supra.

a) in ms. Doctoribus et Canonicis Frauenburgensibus

N. 686.

E Regio Monte, 17.II.1532.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Hornostaj (in ms. Ywano Harnestai), thesaurario M.D.L., pro Ioanne Feyerabendt, cive Cnipaviensi, intercedit, cui vigore litterarum regiarum licebat «in sylva Kyrschmymelensi caedere ligna, cineres conficere suumque commodum inde quaerere», ut ligna caesa et cineres confectos ex eadem silva hac et proxime futura hieme sine ullo impedimento avehere queat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 200-201.

N. 687.

E Regio Monte, 17.II.1532.

Albertus dux in Prussia

Erasmo Eustachio (in ms. Astafio), canonico et teloneatori Vilnensi, pro Ioanne Feyerabendt intercedit, ut ei in negotiis suis «praeesse, prodesse ac promovere non gravetur».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 201-202.

N. 688

E Regio Monte, 17.II.1532.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Skop (Scap) pro Ioanne Feyerabendt intercedit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 202-203.

N. 689.

E Regio Monte, 22.II.1532.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Zabrzeziński (in ms. Zabrozinszky), palatino Trocensi, intercedit pro Catharina Meraunische vidua, ut ligna, eius impensis per defunctum Ioannem Schmalemundt, civem Caunensem, «in silvis Generositatis Vestrae caesa et fabricata», post obitum eiusdem Schmalemundt ab eo iniuste detenta, sine mora restituantur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 203-204.

N. 690.

E Regio Monte, 1.III.1952.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
Felicem ab Allen (Alten), aulicum suum, ex aula sua discedere et in
aulam regiam se transferre cupientem, commendat.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 205-207.*

N. 691.

E Regio Monte, 1.III.1952.

*Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
Felicem ab Allen (Alten) laudat et commendat.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, f. 207.*

N. 692.

E Regio Monte, 1.III.1952.

*Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydłowiecki, castellano Cracoviensi, R.P. cancellario,
de «non admodum clementi responso» a Dieta Regni Poloniae a le-
gatis suis reportato; de regia clementia «in hoc tam ingenti multo-
rum odio» non solum animo, sed et opera sibi ostendenda; de fi-
nibus controversis inter Lithuaniam et Prussiam sine mora deter-
minandis; de subditis regiis ex Magno Ducatu Lithuaniae in ditione
sua Ragnetensi furto grassantibus.
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 252-255.*

Libenter scripsissemus Illustritati Vestrae manu propria, Frater charissime, nisi veriti fuerimus dare nos Illustritati Vestrae occasio-
nem manu propria rescribendi. Id quod ideo volumus cavere, quod non
sine animi nostri molestia adversum valetudinem et Illustritatis Ve-
strae et filii eiusdem audivimus, quae profecto tam nos torquet, quam
si personam nostram detineret. Proinde rogamus, ut Illustritatis Vestra
nos eo nomine excusatios habeat. Precamur autem, ut Christus Servator
Illustritatem Vestram una cum dulcissimo filio pristinae sanitati resti-
tuat, quae certe tam grata futura erit nobis quam personae nostrae.

Redierunt ad nos legati nostri e regia Dieta, non admodum cle-
mens responsum referentes. Neque tamen diffidimus Vestram Illustri-
tatem pro fraterno officio apud Regiam Maiestatem, Dominum no-
strum clementissimum et avunculum charissimum, nostra caussa om-
nen lapidem movisse. Atqui adeo certi sumus eius rei, ut minime^{a)}
putemus vel ab Achacio Zemen vel ab alio quovis cerciores reddi, cum
persuasum habeamus integerrimum esse erga nos Illustritatis Vestrae

animum, sic ut ad hunc cumulum nihil amplius adiici queat. Porro quod reliqua multitudine praeter nostrum demeritum tam iniqua est nobis, boni erit interim consulendum atque Deo Optimo Maximo fideliter committendum, qui pro sua ingenti bonitate non patietur innocentiam nostram perpetuo in hunc modum traduci, utque dies posteri, ut ille ait, testes futuri sint sapientissimi. Verumtamen utcumque ceciderit, gratias agimus Christo Servatori, quod Regia Maiestas tanta clementia nos prosequitur in hoc tam ingenti multorum odio. Neque mirum est, si hic quoque maior pars meliorem vincat, cum haec sit humanae improbitatis malicia, ut in omnibus conventibus magnis iuxta ac parvis hoc videamus passim accidere, praesertim cum sententiae consultantium numerentur, quae tamen ponderari pocius debeant. Atqui utinam Regia Maiestas suam clementiam non solum animo, sed et opere tandem erga nos ostendat, neque permittat eam in regio pectore perpetuo latere. Fraterne et enixe rogantes Illustritatem Vestram, ut nos Regiae Maiestati diligenter commendet atque sedulo.

Quod ad confinia inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum Borussiae adinet, rogamus Illustritatem Vestram, ut apud Regiam Maiestatem sic temperet negocium, ut prope diem delegati et commissarii nominentur, qui iuxta praescriptum literarum transactionis de simplici et plano, sine longiore procrastinacione, prouuntient. Neque enim uti fidelis feudatarius Princeps libenter committimus, ut aliquid terris nostris temere eripiatur, cum id ius iurandum et officium nostrum secum ferant. Nam quod nuper per Capitaneum nostrum in Mimel^{a)} factum est, cuiusque nomine nuper literas regias satis duras, quas Illustritati Vestrae inclusas transmittimus, accepimus, sic factum est, ut iusta ratione improbari minime queat. Qui enim suo iure utilitur, nemini facit iniuriam. Sed altera parte non audita, in hunc modum scribere quam conveniat cum iure et aequitate, aliorum esto iudicium. Nobis profecto non parum est molestum, qualem qualem tandem caussam homines parum amici praetexent. Vestrae Illustritatis erit id ipsum quoque apud Regiam Maiestatem diligenter excusare. Nihil diffidimus, quin utraque parte fideliter auditia futurum sit, ut innocentia Capitanei nostri luce meridiana clarius sit apparitura. Transmittimus autem Illustritati Vestrae exemplar literarum, e Germanico in Latinum ideoma translatarum, Capitanei nostri in Mimel, ut palam Illustritati Vestrae fiat, quam probe isti homines Regiam Maiestatem informaverint.

Quod vero Illustritas Vestra ultro se obtulit pro sua persona ad finium regundorum inspectionem, agimus ei magnas gratias nihil dubitantes, quin si per valetudinem liceret atque res sic postularet, opere perficeret. Restat unum, Frater charissime, subditi Magni Ducatus Lithuaniae furto mirum in modum grassantur in dictione nostra Ragnit, et sunt qui eos fures receptent, praesertim vero indicatur nobis Nicolaus Tauringen. Vestrae Illustritatis officii erit hac quoque in parte nobis consulere, ut eiusmodi morbo occurratur; alioqui futurum est, ut et fures et receptatores dignis modis a nobis tractentur. Id tamen quod propter Regiam Maiestatem non libenter tentamus, ut eam aliqua ratione irritare videri queamus. Si quid vicissim nostra opera praestari potest, quod ad Illustritatis^{b)} Vestrae dignitatem augendam et amplificandam faciat, dabimus operam, ut fidelis frater inveniamur. Rogamus, ut Illustritas Vestra transmittat nobis regias literas atque has nostras dilaceret et igne cremet, nam et nemini ex nostris, nisi nostro

Cancellario²⁾ eas scribendas mandavimus, enixe petentes, ut Illustritas
Vestra prope diem dignetur nos responso... E Regio Monte, Calendis
Marciis anno etc. XXXII.

In initio epistolae in margine: Christophoro Schidlovitz.

- a) *in margine pro expuncto in textu: ne-* 1) *Georgius Klingenbeck.*
mine 2) *Ioannes Apel.*
b) *in ms. Illustritati*

*Sequitur (ff. 255-256) per errorem epistola ducis Alberti ad regem, da-
ta 1.XII.1531, cum exiguis variationibus identica cum epistola N. 665.
data 6.XII.1531.*

N. 693.

E Regio Monte, 1.III.1532.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, castellano Cracoviensi, R.P. cancellario,
Felicem ab Allen (Alten), aulicum suum, inter aulicos regios vitam age-
re volentem, commendat.*

(*Sub textu: Eodem exemplo literae scriptae sunt ad Episcopum
Cracoviensem [Petrum Tomicki] mutatis mutandis.*)

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 208-209.

N. 694.

E Regio Monte, 1.III.1532.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Szydłowiecki, castellano Sandomiriensi, R.P. thesaurario,
flium Christophori a Taubenheim, in aulam eius se conferentem, «ut
isthic inter Magnificentiae Vestrae pueros serviret», commendat.*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 209-210.

N. 695.

E Regio Monte, 5.III.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*de Nicolao Szukowicz conqueritur, qui contra inita foedera varias exac-
tiones a subditis suis iniuste extorquet et pagum Coadiutem (Ko-
czyce) sibi vindicat.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 211-212.

De pago Coadiutem²⁾, quod Nicolaus Scukowitz sibi iniuste vendi-
cat, et aliis exactiōibus.
Serenissime Rex.

Supplex Regiae Vestrae Maiestati indico Nicolaum Scukowitz etc. in Samagithia contra foedera, inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum Prussiae icta, census aliquo proventus ac servitia extorquere ac exigere atque pagum nomine Coadiutum, contra literas limitum, sibi vendicare. Et quamvis a Burggradio meo in Thilsen^{a)}, Mauritio de Perskaw, sit admonitus, ut a predicto pago aliisque exactiōibus abstineret, recusavit tamen atque rescripts eidem se omnia iuxta Regiae Vestrae Maiestatis mandatum ac voluntatem facere. Ego vero cum sciam neutquam Regiae Vestrae Maiestatis voluntatem esse^{b)}, ut aliquid a Regiae Vestrae Maiestatis subditis, quod sit contra inita pacta, literas limitum et ius infeudationis Ducatus Prussiae, conaretur, humilime rogo, ut Regia Vesta Maiestas predicto Nicolao Scukowitz mandare dignetur, ut se a predicto pago aliisque exactiōibus abstineat, neve conetur ante rei cognitionem et transactionem initis contractibus et literis limitum contraire. Itidem et a me meisque subditis fieri curabitur. Neque enim animus est meus aliquid, quod sit contra foedera icta, committere, aut aliquid vendicare, quod non sit mihi in infeudatione Ducatus Prussiae concessum ac datum. Nihil dubitans Regiam Vestram Maiestatem se hac in re pro innata sua bonitate ac clementia facilem ac uti Dominum meum clementissimum exhibituram. Ego meo officio debito vicissim non deero daboque operam, ut me non alium quam subditum Principem Regiae Vestrae Maiestatis Regnique Poloniae praebeam. Regiae Vestrae Maiestati me quam possum diligentissime commendando. Quam multos in annos incolumem vivere exopto. Datae e Regio Monte V Martii anno etc. XXXII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae 5 Martii.

^{a)} sequitur verbum expunctum.

^{b)} supra lineam.

^{c)} sic in ms.

N. 696.

E Regio Monte, 5.III.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Szydłowiecki (in ms. error: Nicolao Nibschtitz), R.P. thesaurario, rogat, ut sumمام 4000 aureorum, sibi a rege pro annuo salario debitem, Nicolao Nibschtitz suo nomine persolvere velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 210-211.

N. 697.

E Regio Monte, 5.III.1532.

Albertus dux in Prussia

Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, de Nicolao Szukowicz, tiwuno Pojurense, conqueritur et rogat, ut ei iniungat, quo a pago Coadiutum (Koczyce) et aliis exactiōibus extorquendis abstineat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 213-214.

N. 698.

E Regio Monte, 5.III.1532.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio

de summa 4000 florenorum sibi annuatim a rege persolvenda per Nicolaum Nibschatz sibi transmittenda.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 92.

N. 699.

E Regio Monte, 7.III.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Iskrzycki, succamerario Camenecensi,

de stipendio ei a se assignato nuntiat et rogat, ut armis bene paratus mandata sua exspectet.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 92-92v.

An Nickell Schamer¹⁾ Hisskritzky genandt, den 7 Marcii.

Unsern grus zuvor.

Ernvester, lieber, getreuer.

Uñs ist deyn schreiben zukommen, darauss wir vorstanden, das dir dein bestallungsbriff, welchs unss gefellig, überantwort worden. Und wollen dyr nicht verhalten, das wir bei unserm rath und lieben getrewen Nickleen von Nibschatz verortentz, dyr an deyner besoldung hundert gulden zu überliefern. Und ist unser gnedigs begeren, du wollest dich jederzeit dermassen in rustung halten und finden lassen, auf das du, wann wir dyr derhalben widerummb zuschreiben werden lassen, uns gerust zu ziehen, geschickt. Wir haben auch das antragen durch unsern heuptman zu Tapiaw, Georg von Khunheim, deiner person halben angehart, und so es erstes deyn gelegenheit demselbigen nachkommen sein wurdet, wolten wir dich gern undter uns und in unserm lande wissen lassen. Thun uns auch deynes erpietens mit zuschickung der walachischen schlacht in allen gnaden bedancken. Wolten wir dyr uff dein schreiben in antwort gnediger meynung nicht vorbergen, dann dyr gnedigen willen zu erzeegen seyn wir geneigt. Datum Konigspergk den 1 tag Marcii 1532.

1) *Czambor (Rogala) — insigne gentilicium familiae Iskrzycki.*

N. 700.

E Regio Monte, 8.III.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

Gregorium Alexandrum Chodkiewicz, filium Alexandri Chodkiewicz, maresculi regii, hucusque aulicum suum in aula sua degentem, a patre domum revocatum, commendat et virtutes eius laudat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 216-217.

N. 701.

E Regio Monte, 8.III.1532.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto (in ms. Sigismundo II) regi Poloniae iuniori
Gregorium Alexandrum Chodkiewicz, filium Alexandri, commendat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 218.

N. 702.

E Regio Monte, 8.III.1532.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

Gregorium Alexandrum Chodkiewicz, filium Alexandri, commendat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 219-220.

N. 703.

E Regio Monte, 8.III.1532.

Albertus dux in Prussia

Alexandro Chodkiewicz (in ms. Chodzykowytz)

iuxta votum et desiderium eius remittit ei filium [Gregorium Alexandrum], in aula sua hactenus degentem, cuius dotes et virtutes laudat et rogat, ut eum paterno affectu excipiat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 214-216.

N. 704.

E Regio Monte, 14.III.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschitz

rogat, ut ex summa 4000 florenorum sibi persolvenda 100 florenos Nicolao Iskrzycki et 100 Friderico Iskra (Giskra), prout annum stipendum, mittendos curet.

(Schedula)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 92v-93v.

(Epistola omittitur).

Zedula

Es unthersteht sich auch Nicolai Schuckaiten in Samaiten wider lithawischen aussgerichten vertragk, uns an unser gerechtigkeit an dem dorff Coadiutten und sonderlich der neuntzehn pauern an der Fichtstadt etc. ungepurliche eintrege zu thun und sich alwegen, dis er des von ko.mt. bevelh vornemen lest, welche wir uns keins weges vorsehen und unleidlich were. Schreiben derhalben hiebey hochgedochter ko.mt.

des handels gelegenheit mit untherdenigr bit, s.ko.mt. woltn diets koniglich und gnedig einsehen haben, damit Schuckaiten ader andere der ortt biss zu austrack der irrgrenz geprechen nichts ungepurlichs oder newes furnemen und uns an unser gerechtigkeit ichts entziehen thetten, dan wir gleichsfals zu verhuetung zancks und unnachparschaft unsern amptleuthen an der gentzen zu thun bevolhen. Derwegen wollest den brief ko.mt. uberantworten und vleissigk bey derselben umb gnedige, konigliche antwort anhalten. Dasa^{a)} raicht uns von dir zu gefellen. Datum ut supra anno 1533^{z)}.

a) sequitur verbum expunctum.
z) sic in ms.

N. 705.

E Regio Monte, 14.III.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

de morte Nicolai Szydłowiecki, thesaurarii Regni, fratris Christophori cancellarii, dolet; de familiae regiae bona valetudine gaudet; de palatini Cracoviensis meliore iam sanitate contentum se esse dicit.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 93v-94v.

An Nickeln von Nibschatz, den 14 Marcii.

Wir haben in datis durch ewern bruder alhie zu Thorn ewhr schrift, Crackaw den 10 Marcii geben, enpfangen und nicht mit kleyner betrubnis die schmertzen, sso zum teyl unserm gelibten bruder, her Christoff vorgefallen, vornhamen, zudem, das wir gar ein lieben bruder und freundt an hern schatzmeister vorloren und, sso es muglich, auch nicht wider Got, wir allenhalben den schmertzen unsers gelibten brudern abwenden mochten, solt auch an uns unsers vormogens^{a)} nichts erwinden. Weyl, wie aber alle in dem willen Gotis, sso wollen wir pitten^{b)}, das er durch seyn gotliche gnade alle schmertzen und betrubnis unsers geliebten bruders zu hochster wolfart und freuden widerumb wenden wolt, seyner lieb zuvor alle hochste gesuntheit verleihen, nächmals mit andern nemlichen arten gnediglichen begaben, und weren wol geliebten sein lieb zu beklagen, besurgen uns aber, das nich durch unser beklagen ader alt schmertzen vernewert mocht werden. Bitten euch derhalben, ir wolt die gelegenheit ansehen und von unsertwegen umbeclagungen hochsten und hochsten trost, wie ir als der geschickten am besten zu thun wust, sein lieb von unsertwegen widerumb trosten, die hochste hoffung, weil^{c)} wir ale die schuld durch den todt bezalen mussen, in Got zu setzen, ermanen.

Das aber ko.mt., konigin¹⁾ und der jungen konig alle nach frisch und gesunth, ist uns die hochste freude. Got gebe ire ko.mt. zu langwiriger gesuntheit, wir bitten thun, behutten wol. Und ist uns widderumb aus angeborner blutverwandtnis nicht wenig mitleidlich die schwacheit konigin Esawella. Wollen aber Gott bitten, auch nicht zweffeln, das er sy zu voriger gesuntheit leitzen werde.

Nichtweniger haben wir mit beschwertem hertzen erfahren, diss unser gelibter bruder²⁾ dess hern waywada³⁾ von Crackaw sehr krangk gewesen; aber uns ist die hochste freude, dis, Got lob, sein lib wider

gesunth, den uns, zuvor eehr unss euer schrift zukam, sein lieb gruntlich hadt^{d)} gesagt, das wir dem also erschrocken, das wir bedachten, Gott wolt uns sonderlich alle unser bruder und freund benemen. Dangken aber Got, das er sein gotlichen zorn abgegewandt^{e)} und seyner liebe besserung geschafft. Bitten derwegen, ir wolt seyne liebe im besser mass unser achtungen auch alle wege bey irer lebe suchen, damit die freundtschaft und bruderschaft zunheme, dem sie bey uns ye nicht abnemen kann.

Beschlißlich aber wel der Almechtig den hern schatzmeister von diesem jammertall gefordert und ir weiss, das nhu uff Ostern die summa, so uns ko.mt. jerlichen zugesagt, gefallen sol, wir auch unser getrewen und glauben zu halten, leuthe zu Dantzke darvan vorwisen, wie ir solhs auss^{e)} nachkomenden schriften, wue sich euch gereith nit behendigt, uns aber unserm cammermeister überantworten, vernemen werdet, bitten wir, ir wolt allen vleiss vorwenden, damit solche bezalung forderlich gefalle und nicht vertragen werde. Angesehen unsern glauben, wollen euch hiemit Christo Iesu befalen haben. Datum ut supra, anno etc. 1532.

- a) *correctum ex*: voregens
b) *correctum ex*: gepitten
c) *sequitur expunctum*: wil
d) *verbum correctum*.
e) *sequitur expunctum*: euch

- e) *sic in ms.*
1) *Bona.*
2) *Ioannes Tęczyński.*
3) *Andreas Tęczyński.*

N. 706.

E Regio Monte, 7.IV.1532.

Albertus dux in Prussia

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
pro Ioanne de Pelcken, cive Gedanensi, cui Ioannes (in ms. Ywanus)
Metoch, civis Vilnensis, 1800 marcas, iuxta ipsius Metoch chiro-
graphum, debet et eas reddere recusat, intercedit, ut eundem Me-
toch ad debitum solvendum adigit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 220-221.

N. 707.

E Regio Monte, 15.IV.1532.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, castellano Cracoviensi, R.P. cancellario,
de duorum liberorum eius et fratri [Nicolai] morte dolet eumque con-
solatur; pro novis missis gratias agit; negotia sua apud regem pro-
movenda commendat; nova de Christierno, Danorum rege profu-
go, mittit.*

Cfr. El. XXXV, NN. 302, 306.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 221-225.

Consolaciones. Rogatque, velit orathorem promovere. Mittit novas res de profugo Christierno.

Accepimus non sine maximo animi nostri dolore, Frater charis-

sime, praecedente, tamen non falsa fama, Illustritatis Vestrae literas, quibus nobis eadem opera significat trium Vestrae Illustritatis charismorum ac dulcissimorum pignorum mortes. Proinde commisimus filidelibus nostris Nicolao Nipschitz et Iusto Ludovicoli^{a)}, ut nostro nomine Illustritatem Vestram consolarentur. Atque utinam tantum queamus Illustritatem Vestram in hac tribulatione consolari, quantum nobis gravis et adversa est ista triplex calamitas. Consolatur tamen nos (nimirum qui et ipsi ultra modum his fatis laesi sumus), quod Illustritas Vestra inevitabiles istos casus ideo aequiore animo fert, cum sciat Deo Optimo Maximo sibi ad hunc modum complacitum esse. Quod si humanus animus ultra non progrederetur, haberet profecto minus quod eum angeret. Nemo, inquit Fabius, nisi sua culpa diu dolet. Themistocles Atheniensis, vir bello et pace clarus, cum ei nunctiaretur filii mors: sciebam, inquit, eum esse moriturum atque ad hoc genitum. Notus est M. Manilii versiculus: Nascentes morimur finisque ab origine pendet. Praeterimus hic tot humanae^{a)} inmbecillitatis pericula, infirmitates, casus et quid malorum non? Ut quidam sapientissimus ingenuus fassus sit: Optimum esse non nasci aut quam ocyssime aboleri. Atque ista omnia ethnicorum sunt. Christianorum est, Frater charissime, nihil aliud desyderare quam dissolvi et esse cum Christo, praesertim vero hoc tam periculo tempore, quo sacra profanis, summa infimis atque adeo coelum terrae miscetur, ut iuxta verbum Christi Servatoris et Apostolorum nihil aliud piis sperandum sit atque impia timendum, quam instare diem Domini, qui redditurus est unicuique secundum suum meritum et demeritum. Proinde rogamus Illustritatem Vestram per fraternal^{b)} nostram necessitudinem et admonemus, ut velit ista omnia pro animi sui sapientia et vitae huius instabilitate patienter et christiana mente ferre, ne sibi ipsi negocium facessat atque offendat bonam voluntatem optimi patris, qui in coelis est. Scimus etenim et speramus propediem futurum, ut alter alterum re visurus sit cum summo et nunquam finito gaudio in regno coelorum. Amen.

De novis rebus nobis transmissis agimus Illustrati Vestrae magnas gratias, fraterne rogantes, ut id, quod hac in re facit Illustritas Vestra, faciat sedulo. Porro, quod Tartarus coactus est retrocedere, admodum gratum est nobis. Sic pereat quicunque alius, qui talia tentat.

Stanislaus Wolski adolescens ad certa nostra negotia cum aliis nobilibus adolescentibus missus est a nobis in Mimel, ditionem et arcem nostram. Quo nos quoque ad propugnacula nostra munienda non post multos hos dies profecturi sumus atque inibi aliquandiu permansuri. Curabimus tamen, quia sic placet et Illustrati Vestrae et patri suo, ut propediem domum revertatur. Neque^{c)} gravaremur eum apud nos detinere, si pro re sua esse duceretur.

Praeterea quia in votis habemus orathorem aliquem ad Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum et avunculum charissimum, propter certa nostra negotia mittere, rogamus amice et fraterne, ut Illustritas Vestra dignetur et eadem promovere et nos Regiae Maiestati suppliciter commendare, insuper boni consulere, quod propria manu Illustrati Vestrae non scribimus^{d)}... Datae e Regio Monte, XV Aprilis anno etc. XXXII.

Mittimus Illustrati Vestrae res novas de profugo Christierno, olim Danorum Rege, quae^{e)} nobis Serenissimus Rex Danorum Fridericus,

socer noster etc., transmisit, lingua tamen non nisi Germanica. Cum enim tabellarius maturaret iter, fieri non potuit, ut in Latinam lin-
guam transferrentur^e. Datae ut supra.

In initio epistolae in margine: Christoffero Schidlo., XV Aprilis.

- | | | |
|------------------------|----------------|----------------------------|
| a) sequitur expunctum: | conditioi | e) in ms. transferrerentur |
| b) sequitur expunctum: | per fraternalm | z) sic in ms. |
| c) sequitur expunctum: | gravemur | 1) Decius. |
| d) supra lineam. | | |

N. 708.

E Regio Monte, 16.IV.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*se ab Imperialis Camerae iudicio bannitum declaratum esse significat
et auxilium regium implorat; novam Apologiam transmittit et con-
silium rogit.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 225-230.

Notum facit se bannitum declaratum, orans auxilium. Transmittit novam Apologiam, rogans consilium regium.

Nihil dubito Regiam Vestram Maiestatem adhuc in memoria habere me eidem Caesareae Maiestatis¹⁾ poenale mandatum descriptum transmisisse, in quo non citra principalis dignitatis, honoris, nominis et familiae meae laesionem postulatus inque Iudicium Imperiale seu Camerae vocatus sum etc., adiectis supplicibus precibus, ut Regia Vestra Maiestas non designetur me hac in re regii prudentisque consilii sui participem facere. Ad quae tum mihi Regia Vestra Maiestas prohibitionem transmisit, ne me Iudicio Camerae, ut pote incompetenti^{a)} et alieno, subiicerem, adiiciens velle me una cum iure suo feudali in omnem eventum defendere, propugnare atque tueri. Atque adeo non velle pati, ut de iure suo iustitiae quidquam detrahatur. Quemadmodum Regia Vestra Maiestas ex descripto exemplari prohibitio- nis mihi missae agnoscerre potest. Qua in re Regiae Vestrae Maiestatis mandato obedientem me praestiti, plane confidens me ultra Regiae Vestrae Maiestatis eo nomine apud Caesaream Maiestatem factam et habitam iustum aequamque relationem non provocatum, molestatum ac contumeliis affectum iri. Quia vero ultra haec in honoris, principalis dignitatis, nominis et familiae laesionem et porro postulor, deferor et contumeliis afficiar usque adeo, ut etiam in bannum imperiale, sicuti instruor, in maius gravamen^{b)} gravioresque offenses declaratus et pronuntiatus sim, nihil diffido Regiam Vestram Maiestatem, uti consanguineum meum et feudi Dominum, eo nomine mecum iusta^{c)} molestia affici, nec minus eam rem imis sensibus quam me reposituram iniuriamque, qua affectus sum, non minus egre laturam,

neque praeiensum imperiale bannum de me pronuntiatum nihili aestimaturam esse, sed me hac in re tanquam propria, sicuti vere ac re ipsa est, propugnaturam et Regiam Vestram Maiestatem hoc ipsum negocium uti proprium ducturam.

Et quia imperiale bannum plerumque id in se habet, ut omnes et singuli cuiuscunque status eiusmodi hominem condemnatum et bannitum, una cum omnibus suis, ubi vis fugitare, hospicio non excipere, nulla alimenta porrigerere, non fovere, nullibi pati, nihil auxilii tutamentique ferre, non praesidio aut adiumento esse, nullos salvos conductus^{d)} concedere, emptionibus et venditionibus, nec alio quovis contractu cum eis commertium habere, nec alteri cuiquam hoc ipsum permittere aut concedere, nec privatim nec publice nullaque alia ratione, modo aut praetextu, sed corpus ipsius banniti bonaue eius, sive terra sive mari deprehensa aut per vestigata fuerint, rapere, detinere, arrestare atque sibi vendicare queant. Ad haec nemo, qui banniti omniumque eorum, qui cum eo negotiantur familiaritatemque habent, aut ei quocumque tandem modo adhaerent, corpora vel bona laedit aut damnum dat, ullam infert iniuriam aut quid animadversione dignum committit. Praeter haec, sicuti mihi relatum est, ego et nimis quidem severe contraque communem imperialis banni formam et usum omnibus privilegiis et familiae imaginibus privatus esse debeo. Cum autem hoc imperiale bannum eaque laesio et iniuriarum illatio non me solum, sed terras quoque et subditos meos maiorem in modum sint gravatura, videlicet quia a mercaturis negotiationibusque suis impediuntur, interturbantur atque desistere coguntur, atque hoc modo non me tantum, sed etiam Regiam Vestram Maiestatem eiusque Regnum, tanquam feudi Dominum, terrasque et populos impetant, et quod iam in me, olim in Regiam Vestram Maiestatem eiusdemque terras, praelatos, ordines et subditos committetur, proinde quia Regia Vestra Maiestas et Regni ordines id, quod supra dictum est, prohibuerunt, ne me Iudicio Cameræ sistam, atque ego me hac in parte obedientem praestiterim, quod et deinceps faciendum in animum induxi meum, et quod Regia Vestra Maiestas viribus Regni adhibitis velit me, ius feudale et ius suum, si eo nomine quidquam periculi mihi obiceretur, satis valida manu pro necessitatis casu defendere, propugnare atque auxilio esse, non dubito, sed confidenter spero (id quod etiam a Regia Vestra Maiestate totoque Regno suppliciter ac amice peto) eandem Regiam Vestram Maiestatem, quae feuda sua optimo iure defendit, apud Romanorum Caesaream et Regiam²⁾ Maiestates, necnon alias Electores, Principes et ordines Romani Imperii hoc conaturam negociumque sic temperaturam, quo ego a banno imperiali liberer, neve me in posterum una cum terris et subditis meis, uti Regiae Vestrae Maiestatis vasallum, molestet ac cruciet, et nullo modo passuram, ut quidquam de feudo^{e)} etc. Nondum finis.

In initio epistolae in margine: Haec epistola non est transmissa, sed in instructionem inmutata. Regi Poloniae, XVI Aprilis.

a) in ms. incompeti

e) in ms. feuda

b) in ms. gravamem

1) Carolus V.

c) sic in ms., error pro: ista?

2) Ferdinandus I.

d) in ms. conductos

N. 709.

E Regio Monte, 21.IV.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro Caspare ab Aulack (in ms. Auloch), marito viduae Sebastiani a Loden, cui 14 marcarum census, qui ei debebatur, ademptus est et cuidam Prockmann, civi Elbingensi et delatori, assignatus est, intercedit, ut ei eiusmodi census restituatur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 230-231.

N. 710.

E Regio Monte, 22.IV.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

Georgium a Kunheim (Cunheim), capitaneum Tapiensem, «cum quibusdam seriis ac gravibus negotiis» mittit et rogat, ut ei benignas aures praebeat et fidem praestet.

(Sub textu: Aliae literae credentiales transmissae ad Regem Poloniae Sigismundum Secundum, virginem Hedvigem, die quo supra).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 233-234.

N. 711.

E Regio Monte, 22.IV.1532.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

negotia sua apud regem promovenda commendat et rogat, ut oratorem suum «reginali favore prosequatur».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 231-232.

N. 712.

E Regio Monte, 22.IV.1532.

Albertus dux in Prussia

Ioanni [Chojenški], episcopo Premisliensi,

negotia sua et oratorem commendat.

(Sub textu: Eodem exemplo literae scriptae sunt et eodem tempore ad Ioannem Comitem a Tharnow).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 232-233.

N. 726.

E Regio Monte, 6.VI.1532

Officialis Alberti in Prussia ducis

Friderico Isskra

de 20 peditibus Moravis, bonis et honestis, a duce Alberto libenter in servitium accipiendis.

Ostpr. Fol., vol. 42f f. 96.

An Friederichen Isskra den 6 Iunii.

Am 6 tag Iunii ist Friderichenn Isskra auss bevelich m.g.h. geschrieben worden, nachdem s.f.g. zu besetzung iress hausses und schlosses Mymmel etlich knecht nodturfftig, wer s.f.g. gnedigs begeren, ehr wolt s.f.g. zum besten zweintzig mehrerisch knecht, die redlich, frumb und nicht verspielte, versuffene, losse buben waren, auch wan sie nicht gar teutzsch, das sie doch zum theil, wes man in bevelhen wurde, vernehmen und verstehen konnten, aufnemen und bestellen wolt von ko.mt. underhalten, also sie von s.f.g. auch versorgt sein solten. Datum Königspergk.

N. 727.

E Regio Monte, 8.VI.1532.

Albertus dux in Prussia

Felici Srzeński, palatino Plocensi,

pro Iacobo Bartnicki, subdito suo, intercedit, ut ei, cum « temerario illo invasore » Ioanne Gumowski controversiam habenti, iustitiam administret, « cum haec violenta invasio manifesta sit et notoria ». (Cfr. N. 722).

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 304, 309.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 246-247.

N. 728.

E Regio Monte, 8.VI.1532.

Albertus dux in Prussia

Iacobo Bartnicki, heredi in Miedzybórz et Narzym,

de responso suo, palatino et capitaneo Plocensi, Felici Srzeński, dato (Cfr. N. 727) *in causa, quam Bartnicki cum Ioanne Gumowski habet, eum certiore reddit et mandat, ut acclusas litteras eidem palatino reddat.*

(Sequitur schedula ad epistolam palatino Plocensi destinatam de eadem re).

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 304, 309.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 247-248.

N. 713.

E Regio Monte, 23.IV.1532.

Albertus dux in Prussia

*Severino Boner, zuppario Cracoviensi, castellano Zarnoviensi,
de novis dignitatibus a rege in eum collatis gratulatur; pro 4000 fl.
et pro novis sibi missis gratias agit; Georgium a Kunheim in quibusdam
negotiosis suis ad regem missum commendat.*

(Germanice)

Cfr. El. XXXV, NN. 300, 306.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 94-95.

N. 714.

E Regio Monte, 23.IV.1532.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio

pro annuo stipendio (4000 fl.) sibi ad festa Paschatis misso gratias agit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 95v.

N. 715.

E Regio Monte, 23.IV.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

*Georgium a Kunheim, capitaneum Tapiensem et consiliarium suum,
quem in quibusdam negotiosis Ducatus sui ad regem mittit, com-
mendat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 95v-96.

N. 716.

E Regio Monte, 26.IV.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*Iacobum Chorietzky (Chorzecki?), litterarum latorem, per aliquot an-
nos in aula sua degentem, commendat et rogat, ut eum rex pro
servitore suo accipiat.*

(Sub textu: Pari modo scriptum est mutatis mutandis ad Episco-
pum Cracoviensem [Petrum Tomicki], Dominum Christofferum a
Schidlowietz).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 234-235.

E Regio Monte, 2.V.1532.

Albertus dux in Prussia

*Paulo Podskarbski (in ms. Potzkarsky), aulico reginae Bonae,
pro Nicolao John (in ms. Jhon), subdito suo, intercedit, ut velit ei
iura, quae vivente praecedente praefecto ad quasdam silvas in Sa-
mogitia assecutus est, intacta et salva conservare ac defendere.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 235-236.

E Regio Monte, 9.V.1532.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo I regi Poloniae
de subditis suis in silvis regius Lomsensibus venationem exercentibus
sibi non constare asserit, subditos autem regios in silvis suis ma-
gna damna facere queritur.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 237-238.

Dis ist die erste Copei, welche ich, Georg Döring, registrir²⁾ hab
1532 den X May.

Postulat, ne in nemoribus et saltibus bonorum Lamsensium ve-
nentur.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Accepi Regiae Vestrae Maiestatis literas, quibus postulat, ut offi-
cialibus et nobilibus meis mandem, ne in nemoribus et saltibus bono-
rum Regiae Vestrae Maiestatis Lamsensium venentur etc. Invitus legi
a subditis meis id, sicuti Regia Vestra Maiestas refert, tentatum esse.
Ceterum, quemadmodum ea res atque iste conatus mihi prorsus et
ignotus et inauditus est, cum nihil horum meis officialibus aut subdi-
tis mandaverim vel concesserim, ita persuaderi vix possum, ut credam
praefectos et feudatarios³⁾ meos eiusmodi res tentasse, magisque cre-
dibile ac verisimilius mihi videtur esse, alios quam subditos meos
hoc ipsum commisisse atque iam culpam a se in subditos meos trans-
ferre meque apud Regiam Vestram Maiestatem invidiose deferre. Nam-
que res ipsa indicat atque ego sentio, plurimum damni mihi inferri per
quosdam Regiae Vestrae Maiestatis subditos, qui in sylvis et solitudi-
nibus feras bombardis ferire ac prosternere solent. Quo fieri modo
plus damni infertur, quam ullo alio venandi genere. Sonus enim et
repercussio bombardarum feras territat et fugat.

Proinde, Serenissime Rex, cum ego eius rei sim ignarus, supplex
rogo, primum ut Regia Vestra Maiestas nihil indignacionis et incle-
menciae eo nomine, quasi meo permissu factum esset, concipere aut
gerere erga me velit; deinde ut eiusmodi delacionibus non facile fidem
dare, sed pocius me cerciorem facere dignetur, qui sint illi, qui talia
designarunt, quo eiusmodi conatus eis prohibere ac operam dare va-
leam, ne posthac simile quiddam, quod sit contra bonam vicinitatem,

committatur. Neque enim mihi cordi est quidquid vicinitatem, quam ego summe colo, vel laedit vel diminuit. Quod ut Regia Vestra Maiestas de me persuadere non deditur, vehementer maioremque in modum rogo. Postremo ut suis subditis prohibere velit, a supradicto feriendi feras noxio modo desistant. Dabo vicissim operam, ut me non alium, quam subditum Regiae Vestrae Maiestatis Regnique Poloniae Principem decet, praestem... Datae e Regio Monte 9 Maii anno XXXII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae.

- a) *correctum ex:* faudatarios
z) *sic in ms.*

N. 719.

E Regio Monte, 9.V.1532.

Albertus dux in Prussia
Stanislao Ławski, vexillifero Varsaviensi,
ei querenti de praefectis et subditis ducis, « qui in praefectura sua fe-
ras sectati et venati essent », respondet se nihil eiusmodi subditis
suis mandasse et rogat, ut eos nominatim exprimere velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 238-239.

N. 720.

E Regio Monte, 10.V.1532.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Damaraw-Wojanowski
certiorum eum facit se iam denuo sororem eius citasse, ut coram se
compareret, « quo de supellectili et paraphernalibus cum ea tracta-
remus et conveniremus », eam tamen hactenus non comparuisse.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 240.

N. 721.

E Regio Monte, 15.V.1532.

Albertus dux in Prussia
praefecto Mlavensi
rogat, ut ministrum suum, Melchiorem Grebenitzky, in coemendis bo-
bus adiuvet, ut ab exactione telonei liber sit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 241-242.

N. 722.

E Regio Monte, 20.V.1532.

Albertus dux in Prussia

*Felici Srzeński, palatino Plocensi,
pro Iacobo Bartnicki, in Międzybórz et Narzym herede, cui a Ioanne
Gumowskii ex palatinatu Plocensi multae et graves inturiae illatae
sunt, intercedit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 304, 309.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 242-243.

N. 723.

E Regio Monte, 23.V.1532.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, castellano Cracoviensi, R.P. cancellario,
adolescentem Stanislaum Wolski, iuxta patris eius desiderium, remittit;
negotia sua apud regem expedienda et oratorem, Georgium a Kun-
heim, commendat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 302, 306.

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 241.

N. 724.

E Regio Monte, 24.V.1532.

Alberfus dux in Prussia

*episcopo Camenecensi [Petro Gamrat]
rogat, ut servitori suo, Henrico burgrabio in Wildenburg, permittat in
subjcta sibi ditione « lapides, ex quibus ferrum fit », eruere et
effodere.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 243-244.

N. 725.

E Regio Monte, 27.V.1532.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Skop (Schab)

*intercedit pro Ioanne Feierabendt, cive Cnipaviensi, ut sine aliquo im-
pedimento, iuxta mandatum regium ei ad hoc datum, « in nemore
Kyrschmeneliensi » ligna caedere et cineres conflare possit, neque
amplius in exercendis his iuribus suis ab eo vexetur et impediatur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 244-246.

E Regio Monte, 12.VI.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de tribus peregrinis hominibus cum certa quantitate falsae monetae deprehensis et detentis, quorum duo innocentes, unus autem falsae monetae cudendae reum se esse confessus est.

(Annexum: confessio Stanislai Szkoda, falsae monetae rei).

Cfr. El. XXX, N. 93.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 251-252, 248-250.

Serenissime Rex, Potentissime Monarcha.

Quidquid est in me debiti obsequii, id totum Regiae Maiestati Vestrae supplex offero.

Clementissime Princeps.

Cum annis abhinc aliquot mihi cum Regia Maiestate Vestra conveniret, ut nova moneta, nimirum pro Republica utriusque provinciarum, excuderetur atque ut ea quidem proba et illibata conservaretur, neque committeretur, ut aliquid falsi et adulterini admiseretur, in quod ego pro mea mediocritate curavi diligenter atque sedulo, porro quia in meam dicionem advecti sunt novi oboli, plane cuprei, nihil praeterea habentes argenti, facta est a meis praefectis diligens inquisicio atque ea, ut tres peregrini homines cum certa quantitate eiusmodi falsae monetae deprehenderentur. Verumtamen quia unus e tribus reliquos duos sacramento excusavit, perinde quasi ignorantes negotii atque adeo innocentes, post diligentem inquisitionem non sum passus eos ultra torqueri. Tercius vero, nimirum conscientius negotii et nocens, eo diligencius detinetur in vinculis. Qui primum in questione et tortura, deinde sublatus ab illa mala mansione confessus est ultro-neus ea, quae his literis et germanice et latine inclusi. Ipse tamen non alio quam polonico idiomate loquitur. Quae confessio cum contineat facti speciem, operae precium esse minime putavi, ut Regiae Maiestati Vestrae latius rem ipsam explicarem, hoc saltem supplicans, Regia Maiestas Vestra dignetur hoc negotium pro regia sapientia dispicere; primum ut latior fiat ea de re inquisicio, si forte fieri queat, ut plures huius adulterinae monetae authores comprehendantur; deinde ut mihi significetur, quid mihi cum his vinctis agendum sit. Ego enim dabo operam, ut interim bene currentur atque diligentissime in carceribus et vinculis detineantur. Mitto praeterea eius monetae aliquot obolos, ut Regia^{a)} Maiestas Vestra formas eorundem ^{b)} perspiciat et noscat... Datae e Regio Monte, XII Iunii anno [a] Christo Servatore MDXXXII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae.

a) in ms. Regie

b) in ms. earundem

Annexum (ff. 248-250):

Racione falsae monetae cudendae.

Stanislaus Schkoda in Goszinitz, octo miliariis a Warschu^{z)}, confessus est ratione falsae monetae apud eum deprehensae post torturam et ultroneus sequentes articulos:

Principio confessus est habuisse eum equum unum cum carpento, in quo cribra et linteamina vexerit. Ibi venisse ad se aliquot ex monetariis, qui emptionem cum eo pro equo et carpento inierint. Mox completa emptione et vendicione pactos fuisse monetarios, ut cum eis primum Humeni, deinde Groschoff, postremo Zdyni proficisceretur, nimurum cum in eum locum solucio collata fuerit. Atque hac ratione inductum, ut eam viam ingredieretur, tametsi octiduum inibi permanere coactus fuerit, quousque oboli excuderentur, ut ei persolveretur suum debitum, et prius quam intelligeret, quid ipsi molirentur.

Istis modis factum fuisse, ut societatem cum eis inierit, quae a Quadragesima fuerit servata. Et quamquam hoc egerint cum eo, ut eum artem cudendi eam monetam docerent, eum^{a)} tamen fuisse aspernatum.

Proinde praefectum fabricae monetariae appellat Bartuschen atque ait eum habitare in oppido Humeni in aedibus publici divisorii in foro eumque^{b)} esse unum e Senatu. In his aedibus ait esse criptam et specum subterraneum sive cellarium, quod habeat duos aditus: unum in medio aedium, alterum in horto extra aedes, ubi sit fabrica, in qua eiusmodi moneta excudatur.

Secundum appellat Alexium Ruthke, qui sit homo iuvenis et domesticus^{c)} ipsius praefecti. Tercium Whoscesthinitz Golianowitz de Gotsthyni, qui pro ea moneta merces advehat.

Quarti nomen se ignorare; habitare tamen eum in pago Zdyni, inibi fieri posse, ut inquiratur.

Fraeterea indicat duos a Brostoessa, sesquimiliaire ab Humeni, quorum unus appellatur Matthias Golianowitz, qui a Gorsehini, octo miliariis a Warscha, isthuc veniret, vir grandi corpore; alter Wazuch Cracowitz. Hos duos ait monetam excudere in Humeni in ea critpa apud Bartuschen etc., tametsi non tam frequenter quam in Brosdoff et Zdyni in limitibus et graniciis Hungariae sub dictione Domini Humenski^{d)}. Et cum inde a Zdyni proficisceretur, interrogatum eum^{d)} ab ipsis et admonitum, ut indicaret, in quam provintiam proficisceretur, ut formam et imaginem monetae ed eam excuderent.

Rogatum autem eum et admonitum, ut nemini hoc negotium crederet, ne videlicet negotium eorum haereditariis Dominis palam fieret.

Insuper ait eos cuprea vasa, nova pariter et vetera, emere, ex quibus eiuscmodi monetam cudant. Et maiorem partem cudi in Brostowitz, quandoquidem hoc anxie exigat Matthias Golianowitz, negotiator, et qui iam inibi habitat.

Quod ad reliquos duos captivos pertinet, rogat per Christum, quando uterque sit innocens et uterque nihil de eo negotio sciat, ut prope diem liberi dimittantur atque permittantur domum redire.

In fine addit habere eos multas formas et incudes, ut quaqua verum cum ea pecunia negotiari queant.

a) in ms. cum

z) sic in ms.

b) in ms. cumque

1) probabiliter Franciscus Drueth, procer Hungarus, dominus in Homonna (slavice: Humenné).

c) in ms. domesticus

d) in ms. cum

E Regio Monte, 15.VII.1532.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Caspare Kober, cive Elbingensi, causam adversus Lucam Helm
leguleum habente.*

Cfr. El. XXX, N. 94.

Ostpr. Fol. vol. 49, ff. 256-258.

Pro Gasparo Cober, cive^{a)} Elbingensi^{a)}.

Serenissime Rex, Potentissime Monarcha.

Post debitam obsequiorum meorum oblacionem Regiae Vestrae Maiestati salutem, pacem atque omne bonum precor.

Serenissime Rex.

Supplicavit mihi Gasparus Cober, civis Elbingensis, homo probitate atque morum integritate laudabilis, ut Regiae Vestrae Maiestati caussam suam, quam adversus Lucam Helm leguleum habet, commendarem. Mihi vero, qui supplicem hominis libellum, quem hic una Regiae Vestrae Maiestati transmitto, praetuli audivi, praetereaque publica fama edoctus sum, quam inique malefactor ille caussam differat et quam subdole evadendi rimas quaerat, hoc negocium valde displaceat, nimurum impetrata falsa sua narratione et immensa importunitate, quemadmodum ego suspicor, abolitione, praesertim cum et iura civilia et communis sensus prohibeant, ne quis post acceptum iudicium atque adeo lite pendente in civili causa Principi supplicet, tantum abest, ut in criminali id ipsum probe fiat. Et accedit, quod divae memoriae Casimirus Rex etc. in Hyeschewal¹⁾ et Oppoky²⁾ promulgando statuit: Non daturam Regiam Maiestatem literas prohibitorias iustitiae aut eiuscmodi, per quas iudicium differri aut impediri queat. Quod si tale aliquid per importunam instanciam factum fuerit, fore ipso iure nullum, neque ad infirmandum requirit iudicii ordinem.

Proinde suppliciter quaeso, ut Regia Vestra Maiestas dignetur primum tam atrocem contumeliam, pessimo exemplo factam, ad regium animum revocare, deinde hoc rescriptum non solum retractare, sed perinde habere ac si retractatum sit, nempe iuxta divi Casimiri constitutionem; postremo saeculari senatu Regiae Vestrae Maiestatis provinciae Borussiae demandare, ut in proximo Conventu caussam denuo, vel civiliter vel criminaliter, iuxta laesi electionem mature, hoc est de simplici et plano, exaudiant; insuper eis significare id, quod a Senatu Elbingensi factum est, id ipsum minime impedire, cum reum non a caussa, sed ab instancia tantum absolverint.

Porro si maluerit Regia Vestra Maiestas controversiam ipsam audire atque eam regia sententia explicare, praemittit se laesus regale tribunal nullo modo detrectaturum. Neque permittat Regia Vestra Maiestas, ut tam atrox iniuria impunita permaneat, partim ne ea indulgentia quivis quodvis sibi licere putet, partim ut calamitosus intelligat meam illam commendationem apud Regiam Vestram Maiestatem ipsi fuisse bono. Si quid vicissim a mea illa mediocritate praestari poterit^{c)}, quod ad Regiae Vestrae Maiestatis honorem et dignitatem augendam atque amplificandam faciat, dabo operam, ut fideliter praestem, atque sedulo Regiam Vestram Maiestatem una cum Serenissimis et

Illustrissimis Domina Regina consorte³⁾, Domino filio Rege, Dominis liberis, Dominis meis clementissimis et consobrinis charissimis, fideliter imperare et vivere percupio. Datae e Regio Monte XV Iulii anno a nato Christo Servatore MDXXXII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae XV Iulii.

- a) *verbum correctum.*
b) *in ms. regiam*
c) *in ms. potuit*

- 1) *recte:* Nieszawa.
2) *Opoki, villa in districtu Iunivladislaviensi.*
3) *Bona.*

N. 731.

E Regio Monte, 18.VII.1532.

Albertus dux in Prussia

Andreae Tęczyński, palatino Cracoviensi,

a fratre suo Georgio marchione Brandenburgensi equum rogatus, ipse eiusmodi equo carens, equum «non gravem, sed velocem, fortē et dispositum» sibi mitti petit.

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 258-259.

N. 732.

E Regio Monte, 18.VII.1532.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tęczyński, succamerario Cracoviensi,

excusationem eius de filii Ioannis longiore ab aula sua ducali absentia non fuisse necessariam significat.

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 260.

N. 733.

E Regio Monte, 24.VII.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Szukowicz (in ms. Petzkyewitz Sukowytsza), tivuno Pojurensi, pro Iacobo Grolock, cui Szukowicz «praetextu novi telonei, contra receptas consuetudines atque inita pacta», ligna arrestavit, intercedit et eum admonet, ut «ab eiusmodi innovationibus, temere et sine ulla iusta ratione inceptis» desistat.

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 261.

E Regio Monte, 26.VII.1532.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Chojeński, episcopo Premisliensi,

*libellum Philippi Melanchthonis laudat eoque innitens de quibusdam
quaestionibus theologicis disserit.*

Cfr. El. XXXV, N. 311.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 262-264.

Salutem et quidquid grati officii praestare possumus.

Reverendissime in Christo Pater, Amice charissime.

Accepimus literas Reverendissimae Vestrae Paternitatis, quibus abunde nobis fidem facit sibi ea placere, quae a nobis nimirum propensa voluntate profiscuntur. Quod ad Philippi Melanchthonis libellum adtinet, quantum in nobis est iudicii, nihil restat quod in eo desyderetur, sive aliquis pietatem sive erudicionem vel docendi methodon spectet. Quem virum reliquae scripturientium multitudini minime adsimilamus. Nam quod reliquum vulgus sanctulorum sacramentum vel Eucharistiae vel baptismi obpugnat, vel denique magistratum a sua sede deturbare atque^{a)} deiicere molitur, non aliter quam gygantes Iovem e coelo, quid aliud est, quam quod propheta sexcentis plus minus ante Christum natum annis in spiritu praedixit, ut videlicet ad hunc lapidem offenderent multi? Omnis commoditas fert sua incommoda secum, sic etenim est natura comparatum, ut iuxta Pythagoraeorum dictum cuiusvis rei sit dextrum ac sinistrum. Neque tamen statim consequitur hoc dextrum ideo esse praecidendum, nimirum ut sinistrum non obsit. Sinite, inquit Christus, utraque crescere, ne cum vultis eradicare zizaniam, eradicitis simul et triticum. Sacramentarii insigniter sunt stulti et insolentes, qui Christum Servatorem perinde quasi perpetuo infantem loqui docent. Anabaptistae plane saeviunt more rabidorum canum atque moliuntur sibi caede et sanguine Regnum atque adeo polykrateian^{b)} sive etiam anarcheian^{b)} parare^{c)}. Quod incendium ut seculi Principes extinguant, non est quod cum evangelica doctrina pugnet, quando hi magistratum et Dei ordinationem subvertere conantur. Id quod a vere piis et doctis hominibus minime fieri videntur. Mire offendit Christus atque eatenus deteriores plerosque facit, quatenus syncerus^{d)} verbum suum praedicatur. Positus etenim est in ruinam et in signum, cui contradicuntur. Qui venit in hoc, ut caeci viderent, vicissim quoque videntes caeci fiant. Quod si quis ad humanae rationis lancem expendat, fatebitur prorsus vel cum gentibus esse stulticiam vel cum Iudeis scandalum. Beatum praedicat Christus eum, qui in sua illa infirmitate non fuerit scandalizatus. Atque utinam nos medium illam^{e)}, utcumque periculosam^{f)}, sanam attamen et ad beatitudinem ducentem semitam inter utrumque, neque ad dextram neque ad sinistram temere deflectentes, caute incedamus, minime difideremus futurum, quin et vos, Ecclesiae proceres, docendo naucleri clavum graviter regatis et nos, mesonautae, oratione nostra erga pien-

tissimum patrem, qui in coelis est, remos strenue impellamus, ut supremae tandem atque eviternae foelicitatis portum inter Scyllam et Charibdim navigantes iuxta pertingeremus... Datae e Regio Monte, XXVI Iulii anno a nato Christo Servatore MDXXXII.

In initio epistolae in margine: Iohanni Episcopo Praemisliensi.

a) *supra lineam.*

d) *error pro: syncerius?*

b) *in ms graecis litteris scriptum.*

e) *correctum ex: medium illum*

c) *in margine.*

f) *correctum ex: periculosum*

N. 735.

E Regio Monte, 27.VII.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

intercedit pro Luca Hardt, cive Regiomontano, ut ei in silvis, quibus Hornostaj (Iwan? in ms. Hornestau) praeest, ligna caedere et caesa avehere liceat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 261-262.

N. 736.

E Regio Monte, 27.VII.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

rogat, ut Nicolao Nibschatz, suo nomine « consilium et auxilium petituro », in omnibus fidem adhibeat et negotium in eum modum temperet, ut voti compos efficiatur.

(Latine)

Ostpr. Fol., 49, f. 266.

N. 737.

E Regio Monte, 27.VII.1532.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, castellano Cracoviensi, R.P. cancellario, de Instructione negotiorum suorum, apud regem tractandorum, Nicolao Nibschatz missa eum edocet et rogat, ut eidem Nibschatz ea in re consilio et auxilio adsit et regem obsecrat, « ut non dedignetur nobis, supplici suo vasallo Principi et consanguineo, eam operam impendere, ut contra adversarios nostros... tuti et salvi permanere queamus »; equum levem, agilem et velocem pro fratre suo Georgio marchione Brandenburgensi sibi mitti petit; nuntiat ex Dania se litteras accepisse « de pace in Oceano inita ».

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 313.

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 267.

N. 738.

E Regio Monte, 27.VII.1532.

*Albertus dux in Prussia
Lucae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo generali,
litteras eius per ministrum comitis ab Heydeck (in ms. Haideck) se accepisse nuntiat et de tardiori ad eas responso se excusat; a fratre suo Georgio marchione Brandenburgensi equum rogatus, ipse eiusmodi equo nunc carens, petit mitti sibi «equum aliquem levem, agilem et velocem».*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 264-269.

N. 739.

E Regio Monte, 1.VIII.1532.

*Albertus dux in Prussia
Lucae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo generali,
pro subdito suo Christophoro Langner, scriba in Schönburg, cuius consobrinus, Martinus Schubart aurifex, per nobilem quendam Panałausky (sic in ms.), scribam Gnesnensem, occisus est, intercedit et rogat, ut hunc sicarium et homicidam carceribus mancipari et bona ab occiso relicta restitui mandet.*

(*Sub textu: Pari modo scriptum est, mutatis mutandis, Archiepiscopo Gnesnensi [Matthiae Drzewicki] atque Capitulo.*)

(*Latine*)

Cfr. El. XXXV, N. 314.

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 268.

N. 740.

E Regio Monte, 12.VIII.1532.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Camenecensi [Petro Gamrat]
Fridericum ob Heydeck (Heideck), consiliarium suum, de certis negotiis tractaturum ad eum mittit et petit, ut ei plenam fidem adhibeat.*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 269.

E Regio Monte, 13.VIII.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschitz

*se ad regem delatum esse scribit, quod pulverem tormentarium aliaque
arma Hieronymo Laski miserit; explicat rationes, ob quas id fe-
cit et asserit eiusmodi arma non contra christianos, sed contra
eorum hostes, ab eo concessa esse.*

(Germanice)

(Textus in Ostpr. Fol. deest).

Cfr. El. XLVI, N. 81.

H B A, B, Conc., K. 1160.

E Regio Monte, 14.VIII.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*rogat, ut rex electionem Tidemanni Giese in coadiutorem Mauriti Ferg-
ber, episcopi Varmiensis iam aetate provecti, confirmet ratamque
faciat.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 269-271.

Pro Episcopo Vuarmiense et pro Domino Tidemanno Gysenn, Ca-
nonico et Custode eiusdem ecclesiae.

Serenissime Rex etc.

Accepi hodie literas a Reverendo amico et vicino meo dilecto, Do-
mino Mauriti¹⁾ Episcopo Vuarmiense, quibus mihi significat surro-
gasse se, non sine matura deliberatione atque consensu Venerabilis Ca-
pituli sui, iuxta eiusdem inveteratas consuetudines et privilegia, atque
ut eo nomine et sibi et universae provintiae commodaret, Venerabilem
virum Dominum Tidemannum Gysen, Canonicum et Custodem eiusdem
ecclesiae, atque eundem a praefato Capitulo unanimi consensu et iuxta
canonum praescripta sibi in coadiutorem designatum et electum esse.
Cum enim annorum onere et valetudine oppressus subditis suis solus
ampius praeesse non possit, nolle eum committere, ut homines, eccl-
esiae et subdit sua culpa negligantur; id quod Regiae Maiestati Vestrae
per suum orathorem iam antea significaverit, nihil diffidens, quin Re-
gia Maiestas Vestra ei negocio pro solita clementia sit subscriptura.
Porro quia Reverenda eius Paternitas operae precium putavit fore, ut
ego idem negocium Regiae Maiestati Vestrae commendarem, rogavit
me, ut ea de re Regiae Maiestati scriberem.

Quae cum ita se habeant et ego non ignorem, quanta clementia et
gratia Regia Maiestas Vestra praefatum Reverendum Dominum Episco-
pum, Venerabile Capitulum atque Dominum electum Coadiutorem pro-
sequatur, praetereaque ipse electus Coadiutor magnae existimationis
et fidei nimirum propter suam integritatem et eruditionem apud Re-
giam Maiestatem Vestram sit, nolui a meo officio discedere. Proinde
suppliciter rogans, Regia Maiestas Vestra dignetur eam electionem ha-
bere ratam, praesertim vero cum enixa veterem consuetudinem atque

privilegium Venerabliis Capituli facta sit. Insuper ipsa necessitas, quae alioqui legem non habet, sic iubeat, ut intelligent primum Reverendus Dominus Episcopus, deinde Venerabile Capitulum, postremo Dominus electus, amicus meus dilectus, hanc meam commendationem non fuisse gregariam apudque Regiam Maiestatem Vestram plurimum potuisse. Ego dabo^{a)} operam, quantum ille^{z)} mea mediocritate fieri potest, ut erga Regiam Maiestatem Vestram non aliter quam subditus^{b)} et obsequens Princeps inveniar... Datae e Regio Monte, XIIII Augusti anno a nato Christo Servatore MDXXXII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae, XIIII Augusti.

a) *in ms.* daba

b) *in ms.* subditus

z) *sic in ms.*

1) Ferber.

N. 743.

E Regio Monte, 28.VIII.1532.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydłowiecki, castellano Cracoviensi, R.P. cancellario, pro egregio equo gratias agit; rogat, ut Nicolao Nibschatz auxilio sit ad causam matrimonii inter Annam ducem Masoviae et Henricum ducem Munsterbergensem (filium ducis Caroli) apud regem promovendam; significat de reditu ex Livonia legatorum regis Ferdinandi et Caroli ducis Munsterbergensis: Francisci Kauder militis aurati, N. Promnitz praepositi Vratislaviensis et Valerii Nolani, qui frustra apud magistrum Ordinis Theutonicorum satagebant, «ut filium praefati ducis Caroli coadiutorem suae dignitatis facerent».

(Latine)

Iam ed.: A.T. XIV, N. 410.

Cfr. El. XXXV, N. 318.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 271-272.

N. 744.

E Regio Monte, 29.VIII.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Iskrzycki, succamerario Camenecensi, de 100 equitibus levis armaturae sibi conducendis et in procinctu tenendis.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 96-96v.

An Micheln^{z)} Iskrizzky den 29 tag Augusti 1532.

Unsern grus zuvor.

Erenvhester, lieber, getreuer.

Wir geben dyra^{a)} gnedigen wolmeynung zu erkennen, das unss sa

chen vorfallen, dordurch wir uns vormutten etliche reuther notdurfftig werden mochten. Dennach ist an dich unser gnedigs gesynnen und begeren, dw wollest uns zw dangk nemen gefallen mit kriegsgleuten und etlichen gesellen, so dyr wol bekanten, underreden und mit inen handeln, unss zum besthen einhundert pferdt der geringer rustung zu besprechen, doch also, das in demselben noch zur zeit^{b)} kein dienst wardt heldten oder besoldung zusagt, oder anheischigk werdet, bis solange dw derhalben weiter bevelh von uns uberkometh. Und nachdem wir dich one das sonst auch gerne bey uns wiessen wolten, unser notdurff mit dyr zu unterreden, so begeren wir abermals, wue dw^{c)} one dein sonderlich nachteil und beschwerung thun kundts, dw wollest dich aufsforderlichste zw uns aigener person vorfugen. Daran thustu uns dangknemens zu gefallen^{d)}. Das wir in gnaden gegen dir zu erkennen gewilligt. Datum Konigspergk, den 29 Augusti etc.

a) *sequitur non expunctum*: geben dyr

d) *in ms. gefallen*

b) *in ms. zeig*

z) *sic in ms.*

c) *in ms. diw*

N. 745.

E Regio Monte, 29.VIII.1532.

Albertus dux in Prussia

capitaneo in Bratian [Ioanni Wieczwiński]

pro Fabiano a Lehendorff, consiliario suo, intercedit et rogat, ut mōlitor profugus in capitaneatu suo latitans ei restituatur.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 96v-97.

An heuptman zu Brethgenn den 29 tag Augusti.

Unser grus zuvor.

Edler, besonder, lieber.

nen geben, wie ime ein moller, mit namen Hanss Plock, entworden und lieber getrewer, Fabian von Lehendorff, undertheniglichen zu erkennen geben, wie ime ein moller, mit namen Hanss Plock, entworden und sich under euch begeben und gesagt haben soll in undterthenigkeit bittendt, wir wolten euch, das ime berurter moller dest ehr widderumb mochte gevollgt werden mit gnaden schreiben lassen. Weyl dan abgemeilt moller seinem weibe vorheischen, sich widderumb in das ampt und mhule zu gestellen, auch derhalben vorgleitet biss anher daruber aussenplieben, so ist an euch unser gnedigs synnen, ir wollet denselben moller angezaigt unserm heuptman ane weygerung, vormag der aufgerichteten landssordnung, volgen lassen, auch fur euer person zw verhindernus nicht aufhalten. Das wollen wir umb euch mit gnaden zu beschulden und zw erkennen geneigt erfunden werden. Datum Konigsperg den 29 Augusti.

a) *sequitur expunctum*: frun.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio

*de epistola, bannum imperiale contra se editum continente, accepta
nuntiat, cuius exemplar ei transmittit; cuprum sibi mitti petit; An-
dream Tęczyński, palatinum Cracoviensem, salutat; Carolum Ku-
czer ad se non scribere queritur.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 97-97v.

An Jobst Ludwig den 29 Augusti 1532.

Unsern gunstigen grus und gnedigen willen zuvor.

Edler, lieber, getrewer.

Wir haben in kurtz vorschienen tagen ewhr schreiben sampt zuschickung einer abschrift herr Sigmundt von Herbersteins schreiben entphangen, darauss der weltleuff, auch jetzige geschwindes erschrecklichen furnemens des Turcken, verstanden und aus solchem allem anders nichts, dann euer trewhertzig, wolmeinlich gemut gegen unser person gespurt wurd vernemen, dess wir gegen uns mit hohen gnaden gegen euch thun bedancken.

Nachdem dann solche schrift her Sigmundts meldung thut, das die acht durch kay.mt.¹⁾ nicht gescheen sein soll, konnen wir euch gnediger meynung nicht bergen, dass uns in kurtzen tagen von unsren undtersassen achtbrief, der ime von daussen hereingeschick, zukommen, welchen wir ko.mt. zugefertigt. Damit ir auch desselben inhalts wissens haben macht, ubersenden wir euch hiemit ein abschrift desselben zw. Mochten auch wol leyden, das ir her Sigmundt von Halbersteyn ein abschrift des drucks zuschicken thet. Dweyl wir auch aus euerm schreiben eingenomen, das abgemelter her Sigmundt etc. zu Wienn ligen soll, wolten wir, wan es gotlicher wille, uns mit eigenem leibe zu ime wunschen und nichts liebers begeren mit unserm leibe^{a)} und leben treulich bey ime zu stehen, zw Got trostlich verhoffendt, ehr werde seyne arme christen, die wir alle seynen namen tragen, mit gotlichen gnaden nicht verlassen.

Was die Welschen, Teutzschen passern etc. und von vielen durch hin- und widerziehen betrifft, wer nicht boss, das ein jglich landt bey iren alten, loblichen, hergebrachten gebrauch pleiben, den hochsten anruffen und mit vleiss bittendt, ehr wolle solchs alles und ydes seynem gotlichen, wolgefelligen willen zum besten keren und wenden.

Wann ir uns auch nach heur einhundert zentner kupffer, wie vor eyнем jar bescheen, zuschicken kann und die bezalung von dem geldt, so uns ko.mt. etc. uff konfftige Ostern zu geben schuldig, emphahen wolt, thet ir uns zw sondern gefallen.

Mit gnedigen synnen, ir wollet unserm f. lieben bruder und freunde, dem waywaden und graven von Dantzschyn²⁾ etc., unser freuntliche dienst und alles guts, desgleichen Carll Kutzscherynn ansegen, das ehr unser durch sein nictschreiben gar vergessen, uns auch vor euer person offtmals zu schreiben und sonderlich, wes weiter des Turcken furnemen, und sampt an euch belangt, mitzuteylen nicht undterlassen, des seindt wir in allen gnaden abzunemen geneigt. Datum Konigspergk etc.

a) *in ms. liebe*

2) *Andreas Tęczyński.*

1) *Carolus V*

E Regio Monte, 30.VIII.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*de Paulo Fasolt, qui eum coram rege denigravit et iniuste detulit, et
de quaestionibus iuridicis cum hac causa coniunctis.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 272-274.

De^a) Paulo Fasolt.

Serenissime Rex etc.

Accepi penultima Augusti literas per ministrum Pauli Fasolt a Regia Vestra Maiestate, quarta Augusti Cracoviae ad me datas. Ex quibus intellexi conquestum eum suis supplicibus literis ex Thorunio apud Regiam Vestram Maiestatem se e mea provintia ideo discessisse, quod ego et officiales mei eum eiusmodi iniuriis premamus, quae ipsi sint intollerabiles etc. Proinde Regiae Vestrae Maiestati supplicaverit, ut eum salvo conductu dignaretur, nimirum ut secure et sine periculo res suas in Regno et reliquis Regiae Vestrae Maiestatis terris componere, praeterea erga me sine periculo suo iure uti queat, utcumque Regia Vestra Maiestas neque a me neque a quoquam alio eo nomine certior facta fuerit etc. Ex quibus literis nihil aliud intelligere possum, quam me apud Regiam Vestram Maiestatem falso et per iniuriam delatum esse, vel Regiam Vestram Maiestatem sinistri aliquid de me praeter meum demeritum suspicari atque me nonnihil indignacionis contraxisse. Cui profecto nullam occasionem praebui neque^{b)}, quantum in me est, praebitus sum. Praesertim vero, quia praefatus Fasolt apud Regiam Vestram Maiestatem veterem suam existimationem adhuc tenet, tantumque clementiae adsecutus est atque adeo sine ulla adiecta condicione salvum conductum obtinuit. Quem tamen operebat, uti profugum et promissi violatorem, quemadmodum nobis indicatum est, prius quam ego contra audirer, talem haberi, qualis est, neque dignari ullo responso, tantum abest, ut me nondum auditio talem salvum conductum et improbitatis suae premium consequi debeat. Nam si eatenus tantum salvum conductum impetrasset, quatenus iura atque hominis commissa permittunt, nihil esset, quod Regiae Vestrae Maiestatis indignationem formidarem. Id tamen quod mihi hac ratione usu venit.

Porro pridie quam has Regiae Vestrae Maiestatis literas accepi, scripsi nobili Nicolao Nipschitz, regio aulico, cui hoc negotium longo ordine explicui, nempe ut Regiam Vestram Maiestatem, cui omnia nostra committere soleo, ea de re certiore faceret, neque diffido ab eo fieri. Et quia Regia Vestra Maiestas a me querit, an malim hanc controversiam inter me et praenominatum Fasolt Cracoviae, an vero a delegatis commissariis non longe ab aula mea, tractari atque transigi, nihil diffido, quin Regia Vestra Maiestas non ignoret, quae decimus nonus articulus tractationis, inter Regiam Vestram Maiestatem et me tempore innovationis factae, contineat. Cuius verba in Latinum idioma utcumque translata^{c)} hic subiunxi. Decimo nono: Quod si aliquis non principalis ordinis sive dignitatis actionem aliquam adversus Ducem Borussiae habeat, eandem coram paribus curiae, hoc est feudatariis ipsius, quos Princeps designare atque iureiurando iudices constituere debet, intentare poterit etc.

Quae cum ita se habeant, atque ego contra saepenominatum Fasolt coram paribus curiae et ordinario suo iudice ac tribunali non solum actionem civilem instituerim, sed criminaliter quoque propter violentiam suam invasionem et publicam rapinam eum accusaverim, et in hunc modum coram eis, quos sui iuris iurandi et fidelitatis, quantum ad hanc caussam et hoc iudicium pertinet, liberos feci, uti actor et accusator pendeo, fieri nulla ratione potest, ut praetermissso ordinario iudice atque eo iudicio nondum finito alias vias quaeram. Proinde Regiam Vestram Maiestatem suppliciter rogans, ut non velit me ea iubere, quae praefatae transactioni contraire possint, neque permettere, ut tam vilis condicionis homini, nimirum qui famam suam in hunc modum denigravit, plus fidei adhibeat quam mihi, videlicet ne palam fiat apud Regiam Vestram Maiestatem tales homines plus posse quam me, atque adeo, ut non solum a nemine non ludibrio habear, sed cuius in me invehendi occasio praebeatur. Quod si accidet, ut huius negotii foeliciem portum, de qua re minime diffido, attingam, non detrectabo tum, Regia Vestra Maiestate sic volente, eas vias inire, quae cum aequitate minime pugnant, atque adeo, ut nemo de me eo nomine sinistram suspicionem concipere queat... Datae e Regio Monte penultima Augusti anno etc. XXXII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae, penultima Augusti.

- a) *adscriptum pro expuncto:* Pro
- b) *in margine pro expuncto:* atque
- c) *in ms.* translatum

N. 748.

E Regio Monte, 2.IX.1532.

*Albertus dux in Prussia
Lucae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo
generali,
iterum rogit, ut equum aliquem egregium sibi mittat, fratri suo Georgio
marchioni Brandenburgensi transmittendum.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 274-275.

N. 749.

E Regio Monte, 8.IX.1532.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
pro Nicolao John, cive Regiomontano, intercedit, ut, non obstante inspe-
rata morte capitanei Samogitia, Stanislai Stanislaidis [Kiežgajło],
in silva quadam in Samogitia, a defuncto capitaneo ante quinque
annos ad septennium conducta, ligna caedere et caesa avehere sine
ullo impedimento possit.*

(Sub textu: Eodem exemplo literae scriptae sunt, mutatis mutan-
dis, ad Serenissimam Bonam Reginam Poloniae etc.).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 277.

N. 750.

E Regio Monte, 8.IX.1532.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, castellano Cracoviensi, R.P. cancellario,
pro Nicolao John (Jhon), cive Regiomontano, intercedit, ut negotium
eius apud reginam Bonam promoveat, quo — non obstante inspe-
rata morte capitanei Samogitia, Stanislai Stanislaidis [Kieżgajło]
— possit in nemore quodam in Samogitia, ab eodem capitaneo et
conducto, ligna caedere et caesa sine ullo impedimento avehere.
(Sub textu: Pari modo scriptum est, mutatis mutandis, ad Epi-
scopum Cracoviensem [Petrum Tomicki], Nicolao Wolsky, Petro
Opolensky, Paulo Potzkarsky).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 276.

N. 751.

E Regio Monte, 8.IX.1532.

Albertus dux in Prussia

*episcopo Samogitiensi [Nicolao Wieżgajło]
de novo teloneo a publicanis et officialibus Samogitia — «contra inita
pacta et transactiones» — instituto se audivisse nuntiat et scire
cupit, an id verum sit necne.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 275.

N. 752.

E Regio Monte, 10.IX.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*pro Iacobo Grolock intercedit, qui a publicanis Samogitiensibus, Ni-
colao Szukajtis (in ms. Schirkaitis) et Ioanne (Hornostaj, in ms.
Iwanen), «praetextu novi atque insueti telonei», «contra inita
pacta et transactiones» ab eis instituti, impeditur, quominus in
conductis memoribus in Samogitia ligna caedere et caesa avehere
queat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 278.

E Regio Monte, 13.IX.1532.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Sokołowski, capitaneo Graudnicensi (in ms. Grudensi),
rogat, ut de Paulo Welkyeri (vel Walkier) diligenter inquirat atque, si fie-
ri queat, in hunc modum devinciat, « ut nos nostrum ius inde conse-
qui queamus »; quod ei Apologia sua (« libellus apologeticus ») grata
fuit, gaudet.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol., 49, f. 279.

E Regio Monte, 18.IX.1532.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo I regi Poloniae
de clementi responso sibi Ratisbona per nuntium suum allato; de filio
unico Christierni regis Daniae exulis Ratisbonae mortuo; de banno
imperiali contra se edito ab imperatore ad tempus suspenso.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 279-280.

Nunctius rediens e Ratispona satis clemens responsum retulit.
De obitu Christierni unici filii.

Serenissime Rex etc.

Ablegavi ad Serenissimum Dominum Ferdinandum Regem etc.
Ratisponam ministrum meum cum literis, qui mihi responsum satis
clemens retulit. Quarum literarum Regiae Maiestati Vestrae exemplum
Germano iuxta et Latino idiomate, una cum novis rebus aliquot, quae
ipse ore protulit, qualia qualia tandem sunt, hic transmitto. Significa-
vit mihi praeterea Regis Christierni unicum filium¹⁾ Ratisponae, inter-
rim dum responsum expectaret, fluxu sanguinis atque eo morbo, quem
Greci dysenteriam vocant, defunctum esse atque magna solennitate
a Romanis Cesarea²⁾ et Regia³⁾ Maiestatibus, Principibus et reliquis Im-
periis ordinibus elatum et sepultum esse. Cuius rei ipse fuerit oculatus
testis et ipsius exequi inspector. Deus Optimus Maximus propicius
sit defuncti animae per Christum Iesum Dominum et Servatorem no-
strum. Amen.

Praeterea retulit minister meus sibi a Regis Ferdinandi etc. secre-
tariorio, cui Aquilae nomen⁴⁾, significatum esse bannum imperiale, quan-
tum ad meam personam adtinet, ad certum tempus a Caesare suspen-
sum esse. Id quod Regiae Maiestati Vestrae indicare volui... Datae e
Regio Monte, XVIII Septembbris anno a nato Christo Servatore
MDXXXII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae, XVIII Sempembris.

1) Ioannes.

4) Andreas Adler, secretarius et consiliarius
regis Ferdinandi.

2) Carolus V.

3) Ferdinandus I.

N. 755.

E Regio Monte, 18.IX.1532.

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, castellano Cracoviensi, R.P. cancellario,
pro propensa in se voluntate gratias agit; nova sibi Ratisbona allata,
«in latinum idioma translata» ei transmittit (quae in Ostpr. Fol.
desunt); de unico filio «Christierni Dani» fluxu sanguinis demor-
tuo significat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 280-281.

N. 756.

E Regio Monte, 18.IX.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

de obitu Ratisbonae filii expulsi regis Daniae Christierni.

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 99.

An Nickell von Nibschatz den 18 Septembris.

Unsern gunstlichen grus und gnedigen willen zuvor.

Ernvester, lieber, getrewer.

Nachdem wir neulichen zeit unsern diener mit eyner schrift an
romische ko. mt.¹⁾, in sachen dir bewust, abgefertigt, als geben wir
dyr zu erkennen, dass solcher unser diener nechten spat widerumb
alhie bei uns ankommen und schriftliche antwort von seiner ko. mt.
einbracht, wie wir dyr des ein abschrift inligenden daraus, das solche
antwort deiner reden vast^{a)} gemess. Und können dyr daneben nicht
vorhalten, dass unss unser diener verner glaubhaftig angezeigt, das
konig Cristiernus szon²⁾ zu Regenpurg oben zur zeit, als ehr do stell
gelegen, am blutgang todlich abgangenn (des seelen Got in ewigkeit
barmhertzig zu sein geruhe) von beiden romischer kay.³⁾ und ko. mten,
desgleichen andern fursten und stenden mit grosser sollennitet zu der
erden bestadt und mit vigilien und seelmessn begangen sey worden,
wie dan unser diener solchs mit seinen augen selbest angesehen mit
und darbei gewesst etc. Datum Konigspergk.

a) sequitur expunctum: gewust

2) Ioannes.

1) Ferdinandus I.

3) Carolus V.

N. 757.

E Regio Monte, 28.IX.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

*transmittit litteras episcopi Vratislaviensis [Iacobi a Salza] de nego-
tio matrimonii filii Caroli ducis Munsterbergensis (Ziembicensis)
cum Anna duce Masoviae; rogat, ut easdem litteras Petro Tomicki
et Christophoro Szydłowiecki legendas porrigat, eosque hortetur,
ut negotium promoveant.*

(Germanice)

Cfr. El. XLVI, N. 82.

Iam ed.: A.T. XIV, N. 445.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 99-99v.

N. 758.

E Regio Monte, 30.IX.1532.

Albertus dux in Prussia
Iacobo [a Salza], episcopo Vratislaviensi,
litteras eius ad promovendum «illustre connubium» inter Henricum
(filium Caroli ducis Munsterbergensis) et ducem Masoviae [An-
nam] eum adhortantes se accepisse nuntiat et ipse eum hortatur,
ut hoc negotium apud regem diligenter promoveat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 281-282.

N. 759.

E Regio Monte, 30.IX.1532.

Albertus dux in Prussia
Lucae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo ge-
nerali,
binas litteras eius, priores de negotio Christophori Langer (vel Lang-
ner) promovendo, posteriores, per ministrum suum ex Germania
redeuntem sibi allatas, se accepisse nuntiat; pro equo cantherio
Georgio marchioni Brandenburgensi misso gratias agit.

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 314, 319.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 282-283.

N. 760.

E Regio Monte, 30.IX.1532.

Albertus dux in Prussia
Andreae a Górką, castellano Calissiensi,
pro benevolentia et officiis ministro suo exhibitis gratias agit.

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 316.

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 282.

N. 761.

E Regio Monte, 30.IX.1532.

Albertus dux in Prussia
Alberto Kijowski (in ms. Kievsky), secretario episcopi Cracoviensis
[Petri Tomicki],
pro diligentia in promovendis negotiis suis adhibita gratias agit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 283.

N. 762.

E Regio Monte, 1.X.1532.

*Albertus dux in Prussia
Lucae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo generali,
pro litteris eius, nova ex Vienna 14.IX. continentibus, gratias agit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 319.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 283-284.

N. 763.

E Regio Monte, 1.X.1532.

*Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
pro binis litteris et novitatibus sibi significatis gratias agit et alia nova
sibi mitti petit; de re monetaria quaedam addit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 99v-100.

N. 764.

E Regio Monte, 3.X.1532.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de controversia inter heredes defuncti Lucae Ketting, civis Gedanensis,
et nonnullos cives Regiomontanos intercedente.
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 284-287.*

De controversia inter cives Gedanenses, demortui Lucae Kettins
heredes, et cives Montis Regii.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Post debitam obsequiorum meorum oblationem, Regiae Maiestati
Vestrae salutem, pacem, gaudium atque omne bonum precor. Accepi
Regiae Maiestatis Vestrae literas de negocio et controversia inter Re-
giae Maiestatis Vestrae subditos cives Gedanenses, demortui Lucae
Kettins haeredes, actores nuper ab una, atque subditos meos, cives
Montis Regii, reos^a, ab altera partibus, nempe ad pretensam appella-
cionem ipsorum actorum iustificandam. Quibus literis, quandoquidem
regiam citationem neque ego apud subditos meos exequi, neque illi
comparere voluerint, Regia Maiestas Vestra vult, ut cives meos coram
proxime futuro Conventu generali Regni sistam. Ubi habitu cum regiis
consiliariis consilio, primum in praefato inter Regiae Maiestatis Ve-
strae subditos et meos negocio, deinde inter Regiam Maiestatem Ves-
tram et me dispicere in votis habet, an interpositae appellationi sit^b
deferendum, an vero secus. Insuper inhibit, quominus bona, quae
sunt controversa, distrahanter, sed integra regiae decisioni et senten-
tiae conserventur etc.

Serenissime Rex, ingenue fateor accepisse me a Regia Maiestate Vestra literas, quibus idem mihi negocium demandaverit. Verumtamen cum praefati subditi mei conquererentur, perinde quasi hoc novo et insueto onere gravarentur, suppliciter petentes, ut intercederem, commisi hoc negocium nobili ministro et consiliario meo, Capitaneo in Tapiau, Georgio a Cunheim, quem eo tempore legatum ad Regiam Maiestatem Vestram miseram, ut me et subditos meos eo nomine excusaret. Sed quia inter Reverendissimum Dominum Episcopum Cracoviensem¹⁾ et praefatum Cunheim in eum modum disceptatum est atque nihil aliud definitum, quam ut ea de re exactius tandem consultaretur atque ego hac de re per nobilem Nicolaum Nipschitz, regium aulicum, prope diem cercior fierem, quandoquidem Regia Maiestas Vestra prae valetudine adiri haud potuerit; insuper cum deinde a praefato Nipschitz certior^{c)} factus fuerim, futurum tandem, ut de novo die constitudo ad idem negocium certior fierem. Id tamen quod factum non est. Neque enim novas a Regia Maiestate Vestra eo nomine literas accepi, atque interim prior ille status et praefixus ei iustificationi ipsius appellationis terminus praeterierit, dici mea quidem sententia non potest, ut mihi atque subditis meis aliquid negligentiae expensum ferri et imputari debeat.

Quod vero ad rem ipsam adtinet, egi denuo cum praefatis meis subditis, qui strenue praetendunt Regiam Maiestatem Vestram promisso huius meae provintiae, quam a Regia Maiestate Vestra in feudum accepi, tempore innovationis et priusquam ipsi mei subditi Regiae Maiestati Vestrae fidelitatem promitterent eamque iureiurando firmarent, vetera privilegia, beneficia, dignationes, consuetudines etc. rata, stabilia, firma et illibata conservari, adiicientes annis abhinc octo, nempe^{d)} XXVI mense Maio, eadem privilegia, beneficia, dignationes atque inveteratas consuetudines etc. in Gedano a Regia Maiestate Vestra novo diplomate mihi et successoribus meis iterum confirmata esse, proinde suppliciter petentes, ut eos a tam gravi onere sublevem, nimirum quod non solum grave, sed et intolerabile adpareat^{e)}. Eiusmodi praeiudicio propter quamvis etiam leviculam caussam non solum in hunc modum differri, sed a provintia ista mea ad aulam regiam quotidie currere ac recurrere atque tantum itineris subinde emetiri. Praesertim vero, quia propter eam promissionem atque privilegiorum, beneficiorum, dignationum, inveteratarum consuetudinum etc. confirmationem, bona fide factam, ipsi vicissim Regiae Maiestati Vestrae fidelitatem promiserint eamque iureiurando firmaverint. Insuper tantum non potest inita inter Regiam Maiestatem Vestram, me, haereses meos et hanc provintiam Borussiae transactio, ut Regia Maiestas Vestra in hac atque huiuscemodi controversiis in hunc modum iudicet ac definiat.

Quae cum ita se habeant, Serenissime Rex, egoque meis subditis deesse neque debo neque volo, suppliciter quaeso, ut Regia Maiestas Vestra nihil hic statuat, quod ipsis privilegiis, beneficiis, dignationibus et receptis consuetudinibus, quae et ante et post hanc innovationem confirmata sunt, adversari queat, meisque subditis sit prorsus intolerabile. Neque permittat, ut id, quod est luce meridiana clarius, in ullam disceptionem deducatur. Hoc saltem, nimirum ut Regia Maiestas Vestra obedientiam meam intelligat, in praesentiarum Regiae Maiestati Vestrae pollicens, ut huius negocii, quod inter Regiae Maiestatis Vestrae subditos cives Gedanenses et meos Montis Regii controverti-

tur, atque harum a me prolatarum definitivarum sententiarum, sine tamen novo praeiudicio, in proxime futura regia Dieta rationem redam, atque tales adsignem caussas, ut sine negotio intelligat Regia Maiestas Vestra, quam temere illi nuper actores frivolam illam suam appellationem interposuerint. Quod vero reliquum est, commisimus saepeditis subditis nostris, ut bona, quae fuerunt controversa^b, minime distrahant, qui bona fide affirmant et statim, simulatque sententiae definitivae a me prolatae fuerint atque arrasta^c sive saximenta reserata, distracta fuisse, nimirum quae propter vetustatem talia facta fuerint, ut sine magno dispendio amplius servari haud potuerint. Quod nisi ita factum sit, nihil esset, propter quod in ea re Regiae Maiestati Vestrae uti subditus non obaudisse. Suppliciter rogans, ut id, quod malo animo factum non est, Regia Maiestas Vestra boni consulat. Quam cum etc. Datae e Regio Monte III Octobris anno etc.
XXXII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae III Octobris.

- | | |
|--|-----------------------|
| a) in ms. reis | e) in ms. adpereat |
| b) sequitur expunctum: sit | f) in ms. contraversa |
| c) in margine pro verbo in textu expuncto. | z) sic in ms. |
| d) in ms. menpe | 1) Petrus Tomicki. |

N. 765.

E Regio Monte, 14.X.1532.

Albertus dux in Prussia

Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
de propensa erga se voluntate gratias agit; «res aliquot novas germanico idiomate scriptas» ei mittit (quae in Ostpr. Fol. desunt); de Turca in Hungariam cum exercitu redeunte nuntiat; ministro eius (Alberti Gasztold) permittit, «ut libere cum quibusve mercibus per ditionem nostram eat et redeat».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 288-289.

N. 766.

E Regio Monte, 14.X.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao [Wiežajło], episcopo Samogitiensi,
gratias agit, quod regem «de novo et insueto teloneo et vectigali, contra inita pacta et conventions nuper instituto», certiore reddidit et litteras suas (i.e. ducis Alberti) ea de re scriptas regi transmisit; «Turcam cum suo exercitu redire in Hungariam» nuntiat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 287.

N. 767.

E Regio Monte, 14.X.1532.

Albertus dux in Prussia

Alexandro Chodkiewicz (in ms. Chodzikowitz)

puerum nobilem ex Holsatia, suae fidei a parentibus commissum, quam filius eius [Gregorius Alexander Chodkiewicz] domum rediens secum abduxit, sibi remitti petit, ut ad parentes suos reverti possit.
(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 288.

N. 768.

E Regio Monte, 20.X.1532.

Albertus dux in Prussia

*« domino Gabrieli, castellano Tegozeni » (in Tędziagoła?)
pro Ioanne Israhel, Iudeo baptizato.*

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 289.

Pro Iohanne Israhel ex Iudeorum gente.

S[alutatio].

Nobilis et Dilecte.

Conquestus est nobis Iohannes Israhel ex Iudeorum gente, annis abhinc viginti quattuor baptisatus, commigrasse se cum uxore^{a)} et liberis per dicionem vestram atque inibi a Iudeis apud Dominacionem Vestram falso delatum esse usque adeo, ut Vestrae Dominationis iussu et uxorem et liberos una cum octuaginta aureis hungaricis, margaritis et aliis nonnullis rebus preciosis amiserit, suppliciter rogans, ut intercessoriis literis eum apud Dominationem Vestram promovere-mus. Proinde rogamus Dominationem Vestram, ut iuxta iusticiae atque aequitatis praescriptum non gravetur eidem res inique et per iniuriam amissas restituere. Siquidem certiores facti sumus per Reverendum Dominum Paulum Episcopum Pomezaniensem¹⁾, fide dignis testibus, eundem docuisse baptismum suum, quem nimirum in civitate Luneburgensi, patribus fidei Illustrissimo Principe Domino Ernesto et Illustrissima eius coniuge^{b)}, acceperit. Nos dabimus operam, ut Dominationi Vestrae vicissim commodemus... Datae e Regio Monte XX Octobris anno etc. XXXII.

a) in ms. uxor

b) in ms. coniunge

1) Paulus Speratus.

N. 769.

E Regio Monte, 21.X.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

nobilem puerum Iacobum Porck ad eum mittit et commendat, ut eum aulicis suis adnumeret.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 291.

N. 770.

E Regio Monte, 21.X.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Wolski (in ms. Volsky), castellano Sochaczoviensi, magistro curiae reginae Bonae.

pro nobili pueru Iacobo Porck intercedit, ut eum Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori commendet, quo eum aulicis suis adnumerare velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 289-290.

N. 771.

E Regio Monte, 25.X.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

filium Ioannis Tęczyński, hactenus in aula sua degentem, commendat, ut in aulam regiam recipi possit.

(Sub textu: Eodem exemplo literae scriptae sunt, mutatis mutandis, ad Serenissimam Bonam Reginam Poloniae).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 290-291.

N. 772.

E Regio Monte, 25.X.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

nobilem Stephanum ab Haschenberg, litterarum exhibitorem, commendat, ut «dignetur eidem inter ministros regiae camerae locum adsignare atque adeo, ut veredarii munus obire queat».

(Sub textu: Pari modo scriptum est, mutatis mutandis, ad Dominum Christofferum Schidlovitz).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 291.

N. 773.

E Regio Monte, 26.X.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

de negotio matrimonii filii ducis Munsterbergensis (Ziembicensis) Caroli cum Anna duce Masoviae, qua in re eum ad eandem ducem Annam mittere in animo habet, responso a duce Carolo et litteris fidei a rege prius acceptis.

(Germanice)

Cfr. El. XLVI, N. 82.

Iam ed.: A.T. XIV, N. 487.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 100-101.

E Regio Monte, 9.XI.1532.

*Albertus dux in Prussia**Andreae Krzycki, episcopo Plocensi,*

de magnis copiis a Turca collectis et de periculo inde impendente; de imperatoris Caroli consiliis et conatibus; de militibus Hispanis et Germanis ab imperatore in Hungariam missis; de perturbatione religionis in Germania.

*Cfr. El. XXXV, N. 321.**Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 292-294.*

Obsequia nostra amica et si quid grati praestare possumus.

Reverende in Christo Pater, Amice nobis multis nominibus dilecte.

Accepimus a Reverenda Paternitate Vestra literas humanitatis et amicitiae plenas, quibus nobis sua obsequia tanto officio offert. Quo nomine agimus Reverendae Paternitati Vestrae magnas gratias, daturi operam, ut aliquando referamus.

Turcam¹⁾ magnum exercitum conflasse audivimus non sine magno animi nostri dolore. Nimirum cum luce hac meridiana clarius cernamus, quam severe delicta nostra hoc flagello velit vindicare Altissimus. Et adauget hunc timorem, quod per tam manifestam iram Dei, quae nobis tam immani et crudeli hoste christiani nominis atque tam frequentibus signis coeli significatur, nihilo meliores efficimur. Securi in utramvis aurem dormientes, partim nostris consiliis, partim vero nostris viribus fidentes, talem hostem contemnimus. Tantum abest, ut Deum Optimum Sabaoth^{a)}, hoc est exercituum Dominum, invoceamus atque a sua divina bonitate auxilium petamus.

Quod ad Romanorum Caesarem²⁾ pertinet, significatum est nobis eum cum suo exercitu nihil tantopere in votis habuisse, quam ut quam primum cum hoste manus consereret. Sed quia ille fugit, qui fieri potest, ut tam levem et celerem hostem tam gravi armatura atque tot cataphractis praevertat? Et futurum est forte, ut ad Hispanias sit redditurus, videlicet pro aris et focis, non aliter quam pro suo Imperio atque Germania pugnaturus, hoc scilicet inique et contra inita foedera molientibus vicinis, Gallo³⁾ et Anglo⁴⁾. Tametsi literas acceperimus intra triduum, quibus nobis scribitur nondum eum a Vienna Pannoniae abiisse. Quod si abiturus est atque Turca in Germaniam reversurus, Demosthenis istud occinens: Vir fugiens denuo pugnabit, quid erit aliud sperandum, bone Deus, quam ut intelligamus, Deum hoc flagello puniturum commissa populi sui atque tandem utrumque gehennae tradituru.

In Hungariam aiunt triginta milia Hispanorum et Germanorum militum a Caesare missa esse, ut coloniae novae deducantur atque adeo, ut praecludatur tandem Turcae in eum modum incursionis facultas. Quod si vera haec fama non est, nos Reverendae Paternitati Vestrae mendacium scripsimus, non mentiti sumus. Scribitur praeterea nobis bona fide Caesarem Romanorum Andream de Doria^{b)}, ammiraldum, cum magna classe atque quadraginta milibus militum ad Graeciam et Constantinopolim misisse: eam quam caussam esse putant, ut Turca tantā acceleratione fugerit.

Perturbatam religionem in Germania tranquillet Christus Optimus Maximus, qui est nobis pollicitus se nos non deserturum usque in fl-

nem mundi. Concilium generale atque Ecclesiae tranquillitas magis optanda est quam speranda. Ita enim sunt inflammati quorundam procerum animi, ut videantur hoc vulgatum apud se dicere: Non persuadebitis, etiam si persuaseritis. Verumtamen quia corda Regum et Principum in manu Dei sunt, non desinemus votis inenarrabilibus plentissimum Patrem, qui in coelis est, invocare, ut det Ecclesiae suae pacem. Porro quod ex Regno Poloniae profecti sunt ad Ferdinandum auxiliares copiae, non putamus Turcam tam inique laturum, quum mercenario militi semper liberum fuerit, in quibusvis castris stipendia mereri. Neque diffidimus, quin divina benignitas in eum modum hoc negocium sit temperatura, ut nos intelligamus, quantum nostris et consiliis et votis praevaleat. Regnum autem Poloniae esse pacatum atque ab hoste quovis liberum tam desyderamus nos, quam cupimus nostram provintiam salvam esse, nimirum cuius salus a Regni fortuna pendet... Datae ut supra^{c)}, IX Novembris anno MDXXXII.

In initio epistolae in margine: Episcopo Plocensi, IX Novembris.

- | | |
|---------------------------------------|--------------------------|
| a) <i>in ms. Lebaoth</i> | 1) <i>Solimanus II.</i> |
| b) <i>correctum ex: de Oria</i> | 2) <i>Carolus V.</i> |
| c) <i>in ms. verbum: supra deest.</i> | 3) <i>Franciscus I.</i> |
| | 4) <i>Henricus VIII.</i> |

N. 775.

E Regio Monte, 11.XI.1532.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
sex iuvenes falcones sive accipitres et duos adultos dono mittit, (« ut
habeat Regia Maiestas Vestra, quibus se post innumera negotia
atque ingentes sollicitudines oblectet »).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 294.

N. 776.

E Regio Monte, 11.XI.1532.

*Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydłowiecki, castellano Cracoviensi, R.P. cancellario,
tres falcones sive accipitres iuvenes et unum adultum dono mittit
(« tam bonos, quam in hac nostra provintia hoc anno capi potue-
runt »).*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 322.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 294-295.

N. 777.

E Regio Monte, 14.XI.1532.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Iacobo Grolock, qui in Samogitia a Nicolao Szukajtis (Schwkaitis)
«praeter ius atque omnem aequitatem misere gravatur», ut iusti-
tiam consequi possit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 295-297.

N. 778.

E Regio Monte, 17.XI.1532.

*Albertus dux in Prussia
Georgio Radziwill, castellano Vilnensi, exercituum M.D.L. capitaneo
generali.
rogat, ut Nicolao Nibschatz, cui certa negotia cum eo tractanda com-
misit, plenam fidem adhibeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 296-297.

N. 779.

E Regio Monte, 17.XI.1532.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschatz
negotium Iacobi Kralock (vel Grolock), civis Regiomontani, apud re-
gem promovendum commendat.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 42, f. 101.*

N. 780.

Hapseliae, 18.XI.1532.

*Gulielmus marchio Brandenburgensis, nominatus episcopus Osiliensis,
Sigismundo I regi Poloniae
rogat, ut se, ad episcopatus Osiliensis dignitatem vocatum, magistro
Ordinis Theutonicorum in Livonia commendet.
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 308-309.*

Exemplar literarum nomine Gulielmi Marchionis etc. scriptarum^{a)}.
Serenissime Rex et Potentissime Princeps.

Regiae Maiestati Vestrae obsequia mea suppliciter offero eidem-
que Serenissimae Regiae Maiestati Vestrae, nimirum Domino meo
clementissimo et avunculo suspicio, rerum mearum statum et suc-
cessum significo, hunc videlicet, quod Reverendum et Venerabile Ca-

pitulum Ecclesiae Osiliensis in Livonia una cum equestri ordine eiusdem Ecclesiae non sine peculiari caussa, quam ipsi hominibus summis iuxta et infimis Ecclesiae conducere arbitrantur, postulaverunt et vocaverunt me Episcopum. Porro quia Reverendissimi Domini Supremi Magistri Ordinis Teutonicorum in Livonia¹⁾ amicicia mihi non parum est commoda, quaeso Regiam Maiestatem Vestram supplex, ut dignetur eidem Magistro me et omnes res meas regiis litteris diligenter commendare mihius eas literas per hunc tabellionem remittere. Ego, quantum in me est, nunquam desinam Regiam Maiestatem Vestram, ut Dominum meum clementissimum et parentem pientissimum, suspicere et venerari... Datae Hopsaliae²⁾ in Livonia XVIII Novembris anno ab incarnatione Christo MDXXXII.

a) *pro expuncto*: Copia pro Illustrissimo Principe Domino Gulielmo Brandenburgen-
si etc. et Coadiutore Rigense.

z) sic in ms.

1) *Valterus a Plettenberg*.

N. 781.

E Regio Monte, 18.XI.1532.

*Albertus dux in Prussia
Christino Kuberski, vexillifero Visnensi,
promissam salarii summam ei transmittit et significat se eius opera
amplius non indigere, neque in posterum eiusmodi salario ei sol-
lutorum esse.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 297.

N. 782.

E Regio Monte, 18.XI.1532.

*Albertus dux in Prussia
Alexandro Iłowski, pincernae et exactori Visnensi,
annuum stipendium mittit et nuntiat se opera eius tempore pacis non
indigere.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 101-101v.

N. 783.

E Regio Monte, 18.XI.1532.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Lycensi
annuum stipendium cuidam «Koliertzki» (Kuberski? cfr. N. 781) per-
solvi mandat et significari se opera eius amplius non indigere.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 101v.

N. 784.

E Regio Monte, 18.XI.1532.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

*litteras Caroli ducis Munsterbergensis de negotio matrimonii filii sui
cum Anna duce Masoviae mittit et mandat, ut sententiam regis ea
de re expiscari studeat; quae si benevolia erit, Nibschtz ad ducem
Annam legatus se conferre debet.*

(Germanice)

Cfr. El. XLVI, N. 82.

Iam ed.: A.T. XIV, N. 509.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 102-103.

N. 785.

E Regio Monte, 25.XI.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*pro Martino Hermensdorff (Hermsdorf), cive Regiomontano, contro-
versiam habente cum heredibus defuncti Lucae Ketting, civibus
Gedanensibus, intercedit et rogat, ut rex consulibus et senatui Ge-
danensis per litteras mandet, quo ei iustitia administretur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 297-298.

N. 786.

E Regio Monte, 26.XI.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*de salvo conductu Paulo Fasolt a rege concesso queritur et scire cupit,
« an forte et quo demerito atque cuius... delatoris suggestione...
regiam indignationem » incurrerit.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 298-300.

Serenissime Princeps.

Accepi Regiae Maiestatis Vestrae literas per regium cubicularium
in negocio Pauli Fasolt reverenter, quemadmodum, debo, una cum
supplici eiusdem libello, Germanico idiomate conscripto. Quibus mihi
significat prorogasse eam eidem Fasolt salvum conductum, contra ta-
men priorum literarum clementem promissionem mihi factam, atque
non alio nomine, quam quia Regia Vestra Maiestas ex verbis initae
inter Regiam Maiestatem et me transactionis longe diversum caveri
edocta fuerit. Ego vero, Serenissime Rex, ex his literis, ut ingenue

fatear, nihil aliud colligere possem, quam gravem me indignationem apud Regiam Maiestatem Vestram incurrisse, nisi me Regia Maiestas Vestra coram consolata fuerit atque mihi promiserit minime commissuram, ut eiuscmodi aliquid per subdolam forte adversariorum meorum suggillationem et delationem, sine meo demerito et me non auditio, sim ullo modo expectaturus. Neque id mirum, cum hac de re Regiam Malestatem Vestram primum peculiaribus literis, deinde per nobilem Nicolaum Nipschitz, regium aulicum, fecerim certiorem. Atque ille profugus in hoc suo supplici libello tam habuerit veritatis in scribendo, quam habuit in aufugiendo suae existimationis rationem, adeoque Regia Maiestas Vestra istiusmodi fidei homini plus credat quam mihi atque tot meis subditis.

Nam quod ad iudices ipsos et pares curiae, subditos meos, quos ego^{a)} in utraque caussa inter me et Fasolt delegi et constitui quosque sui iurisiurandi liberos feci, pertinet, plane mihi persuadeo eos esse tales, ut malint et corporis et universorum bonorum suorum potius iacturam facere, quam aliquid in cuiusvis gratiam vel odium moliri, quod cum humanitate et aequitate pugnet. Neque enim aliquid hactenus in his controversiis definire voluerunt, nimirum ut neutri partium efficerentur suspecti, nisi habitu prius ea de re a collegio iurisperitorum ex Germania consilio. Id quod Fasolt suo supplici libello etiam invitus fatetur, nempe longe aliud agens, ut iudicibus vel rerum vel iurium imperitiam exprebret. Qui autem iure utitur, nemini certe facit iniuriam. Quae cum ita se habeant, Serenissime Rex, supplex queso, ut Regia Maiestas Vestra significet mihi, an forte et quo demerito atque cuius parum amici delatoris suggestione ego regiam indignationem incurrerim. Neque facile permittat, ut hac via subditis meis quidvis contra me liceat atque mea existimatio in hunc modum apud meos intercidat. Ego etenim quodvis potius magnum malum timuissem, quam a Regia Maiestate Vestra tales accipere literas. Et quamquam neque possit neque velit mea illa infirmitas prohibere, quominus profugus ille salvo conductu gaudeat, attamen si hoc praetextu rediret in provintiam meam, nihil dubito habere me iustas adversus eum, et propter vetus et propter novum illud, quod in Hohenstein designavit facinus, caussas iuxta legum naturae et gentium praescriptum in eum animadvertisendi. Quandoquidem post Deum Optimum Maximum de Regia Maiestate Vestra propter priores literas et iuris favorem nihil prorsus diffido, quin solita me^{b)} sit clementia prosequitura. Quod ut diligenter fiat et sedulo, ego eundem^{c)} precabor summum parentem, qui in coelis est, in cuius manu cor Regis est, atque ut omnia bene fiant, hoc Regiae Maiestati Vestrae suppliciter significans velle me suo tempore ad Regiam Maiestatem Vestram legatos transmittere, qui Regiam Maiestatem Vestram hac de re facturi sint certiorem atque ostendent, quam inique et per calumniam ego cum meis subditis apud Regiam Maiestatem Vestram traducar. Datae e Regio Monte, XXVI Novembris anno etc. MDXXXII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae.

a) sequitur expunctum: nil

b) sequitur expunctum: uti

c) sequitur expunctum: eundem

Albertus dux in Prussia

*Christophoro Szydłowiecki, castellano Cracoviensi, R.P. cancellario,
de falso a se accepto nuntio eius mortis et de gaudio suo propter eius-
dem nuntii confirmatam falsitatem; de regalibus, privilegiis et li-
bertatibus suis ob litem, quae ei cum Paulo Fasolt intercedit, lae-
sis; de salvo conductu eidem Fasolt a rege concesso etc.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 300-305.

Illustris et Magnifice.

Ex proximis Illustratis Vestrae literis, quas ad nos dedit, eiusdem Illustratis Vestrae adversam valetudinem non sine maximo animi nostri dolore intelleximus, praesertim vero quia deinde certiores facti sumus medicos ipsos de sanitate pristina Illustratis Vestrae plane desperasse atque adeo eos ultimam medicinam Deo Optimo Maximo commisisse. Praeterea eodem die atque eadem fere hora litteras accepimus, quibus nobis Illustratis Vestrae interitus significatus fuit. Quantum nobis perturbationis atque compatientiae hic tristis nuncius attulerit, utcumque non ignoremus nos omnes esse mortales, in praesentiarum dicere nolumus, sed permittere, ut is, qui scrutator est cordium, atque ii, qui tum nobiscum fuerunt, de ea re testificantur. Neque profecto ex animo plus dolere potuimus, si sanguine coniunctissimo agnato, quem egre alioqui, quantum in nobis est, amitteremus, quam etiam, nimirum ut fratrem charissimum, Illustratatem Vestram^{a)} agnoscimus, orbati fuissemus. Cuius rei non parvam fidem nobis fecit fraterna illa et amica voluntas, quam apud Illustratatem Vestram in negotiis nostris semper perspeximus. Atque adeo, ut ea morte non parum correpti a Domino fuissemus, quandoquidem in eo loco, ut sine fuco verum fateamur, nullum tam fidelem amicum deprehendimus, cui res nostras arduas atque ingentes curas credere et de quo tam praesens auxilium sperare potuissemus. Et adauget hunc dolorem, quod interim dum Illustritas Vestra adversa valetudine decumbit, pleaque nobis adversa in regia aula acciderunt. Ex quibus non modicam indignationem apud Regiam Maiestatem colligeremus, nisi vicissim nos consolaretur, quod illa ipsa Regia Maiestas iam ante, Illustritate Vestra praesente, nobis clementer promiserit se facile non commissuram, ut illis criminibus adversariorum nostrorum, nobis nondum auditis, ad aliquam contra nos indignationem concipiendam clementem aurem facile sit praebitura.

Porro quali insperato gaudio et laetitia novo illo nuntio Illustratatem Vestram adhuc vivere atque pristinae sanitati restitui perfusi vicissim fuerimus, praestat pocius non scribere quam non plene scribere. Imo eius testimonio committere, qui est scrutator renum et cordium, eique eo nomine maximas gratias pro restituta incolumitate agere, suppliciter et enixe ingentem suam bonitatem deprecantes, ut Illustratatem Vestram pristina sanitatem in multos annos dignetur neque permittat, ut talem mortem unquam audiamus. Iam vero quia Illustritas Vestra Deo Optimo Maximo bene adiuvante pristinae sanitati restituta est, nihil diffidimus futurum, quin Illustritas Vestra in proxime futuro regio conventu non sine divino auxilio sit ea sua industria molitura, quae pro re atque dignitate Regni Poloniae esse queant.

Quae tamen utcumque se habeant, quia nobis nuper nostra regalia, privilegia, iurisdictiones^{b)}, libertates atque dignationes non parum laesa sunt, cuius rei Illustritatem Vestram prope diem certiorem facturi sumus. Videlicet cum quidam Paulus Fasolt, cum quo pro nostra persona coram iudice litigamus (tametsi iam antea Regiam Maiestatem, primum per literas, deinde per Nicolaum Nipschitz, ipsius negotiis plane fecerimus certiorem, atque Regia Maiestas eius nuper nobis scribi mandaverit minime commissuram, ut ullo amplius salvo conductu gaudeat, atque adeo clementer permittere velit, ut meo iure contra eundem utar, neque ullo modo impedire), iam denuo^{c)} in nostram contumeliam, iacturam et detrimentum, quemadmodum aliter interpretari non possumus, usque ad proxime venturas ferias Pentecostes salvum conductum impetravit, adeo ut id ipsum Regia Maiestas per peculiares literas, quibus regia manu subscripsit atque per cubicularium suum regium nobis transmisit, quarum literarum exemplar Illustrati Vestrae his adiunximus, nobis significaverit. Cuius rei Illustritatem Vestram, nimirum cui res et curas nostras semper credidimus, quamque non alium quam fidum intercessorem invenimus, certiorem non facere haud potuimus, praesertim vero cum minime dubitemus futurum, ut Illustritas Vestra nobis sit condolitura. Est autem nobis admodum grave, neque sine dolore ad animum revocamus. Quamquam Regiam Maiestatem ipsius negotiis et caussae iustis et constantibus fundamentis ac rationibus certiorem fecerimus, pro nihilo tamen haec omnia haberri, atque Fasolt, qui in suo supplici libello a veritate quam longissime abest, praeter ullam probam rationem tam facile credi atque ille salvo conductu dignari debeat. Neque satis mirari possumus Regiam Maiestatem propter istiusmodi fidei hominem permittere, ut in hunc modum de verbis initae transactionis disceptetur atque ut Suae Maiestatis cubicularius in tali negocio ad nos transmittatur. Id tamen quod Deo Optimo Maximo, in cuius manu cor Regis est, committendum duximus.

Proinde cum inde parum clementiae colligere possumus atque de fraterna fide et fideli intercessione Illustritatis Vestrae minime dubitamus, amice et fraterne quaesumus, Illustritas Vestra velit apud Regiam Maiestatem fideliter intercedere atque tantum efficere, ut ipsius caussae controversae transmissum exemplar diligenter dispiciatur, neque leviter contemnatur, adeo ut in quieta privilegiorum, libertatum, dignationum etc. possessione sive quasi, minime turbemur, quin potius salvi et liberi permaneamus. Praeterea Regiam Maiestatem certiorem reddere, quallem contemptum, inobedientiam et iacturam eo nomine apud subditos nostros et neminem non subire cogamur, ut sine negocio cuivis liquidum fieri queat, nos plus indignationis quam clementiae a Regia Maiestate consecuturos atque apud eius Maiestatem prorsus pro nihilo haberri. Insuper quia iam antea cum Reverendo Domino Petro Episcopo Cracoviensi¹⁾ eiuscmodi fraternitatem Cracoviae inivimus, ut nihil dubitaremus eum se tales nobis praestitisse, quallem nos nuper ei praestitimus atque praestituri sumus, attamen propter certas quasdam coniecturas non parum dubitamus, quin forte contra nos commoveatur atque in quasdam disputaciones se induci paciatur, porro quia copta est inita inter Regiam Maiestatem et me transactio controverti²⁾, atque multa nobis adversa accident et forte fieri queat, ut Reverenda eius Paternitas talibus rebus occasionem praestet, minime aestimare possumus, quibus rationibus hoc demerue-

rimus. Proinde quaesumus, Illustritas Vestra velit eas raciones et causas suo tempore et loco, atque ut nostri nulla fiat mentio, exquirere, propter quas Reverendae eius Paternitatis animus, quam tamen pro fraterna necessitudine hactenus reverenter coluimus, tam longe a nobis alienatus fuerit. Quod si palam factum fuerit nos istiusmodi abalienationis dedisse caussam, libenter permittimus, ut Illustritas Vestra, nimurum frater noster charissimus, nos a tali proposito abducat. Sin minus, petimus Reverendam eius Paternitatem in pristinam gratiam redire.

Praeterea quam grave sit nobis regiam illam transactionem ad hunc modum in disceptationem deduci, Illustritas Vestra pro sua sapientia facile aestimare potest. Attamen cum speremus Regiam Maiestatem facile non permissuram, ut de inita illa et sigillo regio firmata transactione disputationes fiant, insuper p[ro]ae multitudine negotiorum comode fieri haud queat, ut talibus negociis incumbat, praeterea adsint forte aliqui, qui eam transactionem vel infringere, vel saltem infirmare atque dubiam facere in votis habeant, iterum quaesumus fraterne, Illustritas Vestra dignetur tantum efficere, ut nos non intelligamus illa olim magnifica verba hodie prorsus nihil posse. Consors nostra charissima²⁾ de Illustritatis Vestrae restituta sanitate nimium gaudet, quae ut diu salva permaneat, Deum Optimum Maximum voti rea precatur. Cupimus quoque nos et consors, ut et consors Illustritatis Vestrae³⁾ et liberi foeliciter valeant, commendantes nos omnes Iesu Christo Servatori, sperantes, ut nos, quos precioso suo sanguine redemit, sua fide et protectione usque in finem sit dignaturus. Amen. Datae e Regio Monte, anno etc., XXVII Novembbris anno XXXII.

In initio epistolae in margine: Domino Christophoro Schidlovitz.

- a) sequitur expunctum: in negotiis nostris
b) correctum ex: iusdictione
c) sequitur expunctum: quemadmodum
z) sic in ms.

- 1) Petrus Tomicki.
2) Dorothea.
3) Sophia a Targowisko.

N. 788.

E Regio Monte, 2.XII.1532.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Szydlowiecki, castellano Cracoviensi, R.P. cancellario,
mittit «nova de Caesare Turcarum» (quae in Ostpr. Fol. desunt).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 306.

N. 789.

E Regio Monte, 2.XII.1532.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, palatino Russiae, exercituum R.P. capitaneo generali,
pro Felice ab Allen (Alten), controversiam habente «in causa matrimoniali» cum vidua Quirini Schlick, intercedit rogans, ut apud regem satagat, quo nominentur regii commissarii ad testes in hac causa examinandos.

(Sub textu: Pari modo scriptum est, mutatis mutandis, Domino

Petro Sobynsky [Petro Kmīta de Sobień], Domino Andreae in Thayntzin, Domino Nicolao Volsky, Episcopo Cracoviensi [Petro Tomicki].

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 305.

N. 790.

E Regio Monte, 7.XII.1532.

Albertus dux in Prussia

*Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
pro Iudeo baptizato.*

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 306.

Literae intercessoriae.

Albertus, Dei gratia etc.

Magnifice et Generose.

Conquestus est nobis praesentium literarum exhibitor natione Iudeus, baptizatus attamen, amisisse eum in districtu Magnificentiae Vestrae res aliquot preciosas cum uxore et filio, neque fieri posse, ut ei restituantur, suppliciter rogans et obsecrans, ut eum intercessoriis literis ad Magnificentiam Vestram dignaremur, nimirum qui multum spei in Magnificentiae Vestrae favore et benevolentia collocaverit. Proinde amice rogamus, ut Magnificentia Vestra velit negocium sic temperare, ut homo ille, qui alioqui amicos et cognatos suos propter fidem in Christum dereliquit, res suas una cum uxore, si modo illa vult, et filio parvulo recuperare queat, ne videlicet adfictio^{a)} addatur adflictio atque ei detur tandem occasio hanc fidem christianam deserendi. Quae res futura erit non boni exempli. Nos dabimus operam, ut Magnificentiae Vestrae, uti dilecto amico et vicino nostro, vicissim^{b)} commodemus... Datae etc. ut supra, VII Decembris anno etc. 1532.

In initio epistolae in margine: Domino Alberto Gastoldo, VII Decembris.

a) in ms. adfictio

b) sequitur expunctum: vicissim

N. 791.

E Regio Monte, 15.XII.1532.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

rogat, ut fratrem suum Gulielmum marchionem Brandenburgensem, episcopum Osiliensem nominatum, magistro Ordinis in Livonia commendet.

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 308.

Literae intercessoriae pro Illustrissimo Principe Domino Gulielmo Marchione etc.

Serenissime Rex.

Accepi nudius tertius a Reverendissimo et Illustrissimo Principe,

Domino Gulielmo Marchione etc. et Coadiutore Rigense, germano meo, literas, quibus mihi scribit postulatum se et nominatum a Venerabili Capitulo et proceribus Ecclesiae Osiliensis in Livonia Episcopum, fraterne rogans, ut meo supplici libello impetrarem ei intercessorias literas a Regia Maiestate Vestra ad Reverendissimum Dominum Magistrum Ordinis in Livonia¹⁾, nempe ut tali vicino fretus tucior et quietior rebus suis praeesse queat. Proinde cum non ignorem Regiae Maiestati Vestrae successus et fortunas utriusque nostrum cordi esse, suppliciter queso, Regia Maiestas Vestra dignetur praefatum fratrem germanum meum, Regiae vero Maiestatis Vestrae necessarium et nepotem, apud Dominum Magistrum sic promovere, ut intelligat se beneficium non a cognato et avunculo, sed a parente retulisse... Datae e Regio Monte, XV Decembris anno a nato Christo Servatore 1532.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae, XV Decembris.

1) *Valterus a Plettenberg.*

N. 792.

E Regio Monte, 15.XII.1532.

*Albertus dux in Prussia
teloneatori in Wschowa (Frawenstadt)
pro Henrico Hess, syndico Veteris Civitatis Regii Montis, cuius servo
aliquae merces Lipsiam vehendae iniuste detentae ab eo in Wscho-
wa erant.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 103-103v.

N. 793.

s.l., s.d. XII.1532.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
intercedit pro Nicolao Wiśniewski (in ms. Wysmiewsky), subdito re-
gio ex Masovia, qui coram tribunali regio Cracoviae accusatus est,
quasi occasionem praestiterit morti cognatae suae, « quae se in
aedibus suis e fenestra dedit praecipitem ».
(Sub textu: Eodem exemplo literae scriptae sunt, mutatis mutan-
dis, ad Dominum Christoforum de Schidlovietz, Domino Ioanni de
Tharnow, Domino Andreae in Thayntzin, Nicolao Volsky, Episco-
po Cracoviensi [Petro Tomicki]).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 307.

1533

N. 794.

E Regio Monte, 1.I.1533.

*Albertus dux in Prussia
Friderico Schmaltz, civi Posnaniensi,
duo dolia vini Rhenensis et unum malvasiae sibi mitti petit.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 42, f. 107v.*

N. 795.

S.I., s.d. [post 2.I.1533].

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, palatino Russiae, exercituum R.P. capitaneo generali,
respondebat ad litteras eius, quibus obitum Christophori Szydłowiecki,
castellani Cracoviensis et R.P. cancellarii, nuntiabat.
(Initium epistolae, germanice)
Cfr. El. XXXV, N. 323.
HBA, B, Conc., K. 1160. (Textus in Ostpr. Fol. deest)*

N. 796.

E Regio Monte, 4.I.1533.

*Albertus dux in Prussia
Christophoro Szydłowiecki, castellano Cracoviensi, R.P. cancellario,
de aliquot civium Gedanensium contra subditos suos, cives Regiomontanos,
ab iudicio suo ad tribunal regium appellatione dolet; de
salvo conductu subdito suo, Paulo Fasolt, quocum et criminaliter
et civiliter se litigare ait, a rege concesso queritur; rogat, ut cau-
sam suam apud regem ita promoveat, ut omnia iura et privilegia
sua salva et firma maneant.
Ostpr. Fol. 49, ff. 309-311.*

Salutem etc.

Illustris et Magnifice, Frater nobis Charissime,
Significamus Illustratia^a) Vestrae fraterne et amice, accepisse nos

a Regia Maiestate, Domino nostro clementissimo et avunculo charis-
simo, anno abhinc fere integro literas, quibus mandat, ut nos subdi-
tos nostros, aliquot cives Montis Regii, ad surrepticiam impetratio-
nem quorundam civium Gedanensium Regiae Maiestatis tribunali si-
stamus, ut praetensae aliquot et frivolae appellations a nobis ad Re-
giam Maiestatem factae iustificantur. Et quanquam satis firmas ra-
ciones Regiae Maiestati indicavimus, propter quas nimium gravati eo
nomine videri possumus, attamen fieri non potuit, ut eiusmodi excus-
ationes locum sibi vendicarent. Praeterea accepimus literas a Regia
Maiestate, quibus nobis significatur dedisse eam uni ex subditis nos-
tris, Paulo Fasolt, cum quo et criminaliter et civiliter coram paribus
curiae littigamus, salvum conductum. Quem ille falsa sua narratione
et suppressa veritate, nimirum et^b delictorum suorum^c et civilis con-
troversiae vel nullam vel non plenam faciens mentionem, impetravit.
Et quamquam deinde Regiae Maiestati rationem reddiderimus
utriusque caussae et per literas et viva voce, proptereaque literas acce-
perimus, quibus nobis rescribitur Regiam Maiestatem non permissu-
ram, ut salvo conductu amplius eum dignetur, attamen significatum
est nobis postea, nescimus cuius suggestu, eidem fugitivo ipsum sal-
vum^d conductum esse prolongatum. Cuius rei delegati oratores nos-
tri, quibus fidem adhibere Illustritas Vestra velit, eandem cerciorem
reddere atque utramque caussam, et criminalem et civilem, iusto or-
dine explicare debent. Et cum certi sumus neque addubitamus ea,
quaes hic tentavimus, iuxta praescriptum legum, consuetudinum, iurium,
iurisdictionum etc., quae nobis Regia Maiestas confirmavit, attentata
esse, non parum molestum est nobis nos in eum modum apud Re-
giam Maiestatem insimulari atque surrepticias illas querelas invenire
locum. Insuper demandavimus praefatis nostris oratoribus, ut insue-
torum vectigalium, contra inita pacta institutorum, quo prope diem
abrogari queant, atque regiae electionis apud Regiam Maiestatem at-
que ordines Regni mentionem faciant.

Proinde cum sciamus Illustritatem Vestram pro fraterna sua ne-
cessitudine erga nos eius animi esse, ut molestum sit ei nos vel ne-
minem non, in praeiudicium et contumeliam Regiae Maiestatis et Reg-
ni, contra eiusdem Regiae Maiestatis inita pacta et transactiones, imo
contra iura, consuetudines etc. gravari, nimirum ne quis aliis aesti-
mare queat hoc praeiudicio alios quoque molestandi fenestram tan-
dem aperiri, fraterne petens, Illustritas Vestra velit haec omnia dili-
genter pro sua^e innata sapientia dispicere atque apud Regiam Maies-
tatem et ordines Regni hoc moliri et tantum efficere, ut nobis acqui-
sita nostra et confirmata iura, immunitates, consuetudines, privilegia,
dignationes etc. salvae, firmae, stabiles et illibatae permaneant, neque
permittere, ut illius instinctu et suggestione apud Regiam Maiestatem
aliquam inclemantium contrahamus. Id quod nobis de Illustritate Ves-
tra pro inita inter nos fraterna necessitudine firmiter pollicemur at-
que dabimus operam, ut Illustrati Vestrae dignas gratias referamus.
Datae e Regio Monte, IIII Ianuarii anno a nato Christo Servatore
MDXXXIII.

Sub textu sequitur: Mutatis mutandis¹⁾
Episcopo Cracoviensi¹⁾
Episcopo Praemisiensi²⁾
Andreae Thantzin³⁾
Iohanni Comiti a Tharnau⁴⁾
g) Episcopo Plocensi^{h) 5).}

In initio epistolae in margine: Domino Christophoro Schidlovitz.

- a) sequitur expunctum: Veste
b) pro expuncto neque suprascriptum.
c) sequitur expunctum: neque
d) sequitur repetitum expunctumque: salvum
e) sequitur expunctum: inita
f) sequitur expunctum: nominibus
g)-h) alia manu adscriptum.
- 1) Petrus Tomicki.
2) Iohannes Chojeński.
3) Andreas Tęczyński, castellanus Cracoviensis.
4) Iohannes Tarnowski, palatinus Russiae.
5) Andreas Krzycki.

N. 797.

E Regio Monte, 7.I.1533.

Albertus dux in Prussia
Alexandro Chodkiewicz (in ms. Chotzikovitz), capitaneo Brestensi et
Cnissinensi, marsalco regio,
filium eius laudat; pro equo gradario gratias agit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 312.

N. 798.

E Regio Monte, 9.I.1533.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
oratores suos, Ioannem Apel et Andream Rippen, ad Comitia Petricoviensia mittit et rogat, ut eos rex clementer audiat et responsis dignetur.
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 312-313.

Literae credentiales. Rogat oratores benigne audiri.
Serenissime Rex etc.

Ablegavi ad praesentem regium conventum Petracoviam Eximum et Strenuum Iohannem Apellum, Cancellarium, iuris utriusque Doctorem, et Andream Rippen, Praefectum in Caymen, consiliarios et oratores meos, ut coram Regia Maiestate Vestra et ordinibus amplissimi Regni certa quaedam onera, quae me premunt, meo nomine proponant atque ea suppliciter, fraterne et amice petant, quae ego eis commisi, suppliciter rogans, Regia Maiestas Vestra velit eos clementer audire atque iis responsis dignari, quae ego anxius desydero, atque adeo, ut Regiae Maiestatis Vestrae Serenissimae clementem et paternum ani-

mum, quem hactenus perspexi, perpetuum fore intelligam. Ego vicissim dabo operam, ut erga Regiam Maiestatem Vestram nunquam alias quam fidelis subditus Princeps et gratus nepos inveniar... Datae e Regio Monte, IX Ianuarii anno a nato Christo Servatore 1533.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae.

N. 799.

E Regio Monte, 22.I.1533.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro fratre suo Gulielmo marchione Brandenburgensi, coadiutore Rigeni, ad episcopatum Osiliensem a capitulo et equestri ordine in Livonia unanimiter postulato et vocato, intercedit et rogat, ut rex ea in re ad magistrum Ordinis Livoniensis et status in Livonia (ei postulationi et vocationi hostiles et hostilia molientes) oratores suos mittat.

Cfr. El. XXX, N. 98.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 313-317.

Pro Illustrissimo Principe Domino Gulielmo Marchione.

Serenissime Rex.

Ex quo Serenissima Regia Maiestas Vestra ex literis Reverendissimi Illustris Principis et Domini, Domini Wilhelmi Archiepiscopalis Ecclesiae Rigensis Coadiutoris, Marchionis Brandenburgensis etc., intellexit, quibus modis Sua Illustritas per Venerabile Capitulum et Nobilem Strennuamque Miliciam diocesis Osiliensis in Livonia non parvique^a urgentibus causis concorditer et unanimiter sit in Dominum et Episcopum ipsorum postulata^a et vocata, et totam diocesim (dempto castro Arnsburg, quod adhuc prior, sed necdum confirmatus Electus^b in possessione detinet) Suae Illustritati subdiderint et addixerint, nec non et^b debita homagia simul et iusiuranda, ut consuetum est fieri, praestiterint. Quo facto Regia Maiestas Vestra precibus Illustris Principis, fratris mei charissimi, commota, graciosas et regias literas promotorias ad Magistrum Livoniae^b in commodum et honorem Suae Illustritatis dare, super quibus infinitas et immensas pro meo persona humiliter et obedienter ago gratias, nil dubitans, quin et Sua Illustritas digna gratitudine erga Regiam Maiestatem sese sit exhibitura. Quin vero auribus meis increbuerit fratrem meum praedilectum non modice ab aliquibus molestari, non faventes^b tali vocationi et postulationi tam concorditer factae et possessioni traditae unanimiter, et ut fama fertur, solent tales discordiae a quibusdam fratribus Theutonici Ordinis in Livonia excitari, qui (nullo respectu habito, quod ipse Magister Livoniensis in inicio postulationis et vocationis simul et traditae possessionis multa sit imprecatus felicia) fratri nostro impedimento et priori Electo auxilio et favore adsunt. Insuper certa relatione sum edoctus Magistrum et Ordinem in Livonia ardua omnibus suis subditis dedisse mandata, sese ad expediciones parare et in prompto

quidem. Item et producta esse omnia tormenta bellica ceteraque ad expeditiōnē necessaria p̄eaparari, simul et exploratores habere adversus Prussiam; instituisse quoque et indixisse publicum conventum et dietam Dominico die ante festum Purificationis Mariae etc. Ex quo p̄aesumendum coniecturis quibusdam, et nisi Deus Optimus Maximus sua interposuerit media, quod possint fortassis oriri bella.

Et quanquam omnino certo non constat, quid moliantur et Magister et Ordo talibus practicis et consiliis, an vel contra Coadiutorem Rigensis archiepiscopatus, fratrem meum, vel contra meas provincias, Regiae Maiestatis Vestrae iure feudali subditas, aut contra Magnum Ducatum Lithuaniae, sumpta fortassis occasione ex multimodis litigis et dissensionibus, quae versantur inter Lithuanos et Livonienses ratione confinium et terminorum quippiam moliri et attentare statuerunt. Cadat in quancumque partem haec molicio Livoniensium vel (si dicendum sit) insidiae, non possint fieri sine magno dispendio Regiae Maiestatis Vestrae et eorum, qui tali ac tam Serenissimo Regi sunt iuncti sanguine.

Quare ego, qui Regiae Maiestati Vestrae tum iure dominii, quod in me habet, tum ratione affinitatis, qua^c) illi coniunctus, subiectus sum, non potui illa celare Regiam Maiestatem Vestram, precipue cum verear, ne fratri meo aliquid facto contingat^d), quod iure fieri non possit. Ideo ad Serenissimam Regiam Maiestatem Vestram confugio et eam suppliciter oro, ne eadem gravetur in commodum Suae Illustratis etiam ad Magistrum et status Ordinis Livoniae legationem aliquam quanto citius mittere, mentione facta illorum omnium, quae ad Serenissimam Regiam Maiestatem Vestram delata sunt, simul cum instructione Regiae Maiestatis et regio desiderio, ne molestare velint fratrem meum in tam concordi postulatione et vocatione, neque^e) disturbare Suam Illustratatem ex iam acquisita possessione nec aliquid contra ipsum, sepositis iuribus aliis, attentari seu fieri permittant, sed pocius in sua recta postulacione et vocatione, simul et quieta possessione permanere et defendere et tueri current, negotiumque hoc (quandoquidem spirituale est et spirituales personas concernit^f) coram iudicibus ordinariis tractari et finiri sinant. Quoniam secus actum fuerit (quod tamen nollet Regia Maiestas Vesta), nesciret nec possit eadem deesse consilio et auxilio ex sorore nepoti amantissimo. Talibus et instructione regia diligenter propositis, non dubito Livoniensium animos mutari, sese amicabiores et optime voluntarios exhibere et Regiam Maiestatem Vestram non ad hoc impellere, quod multo libentius nollet fieri. Et rursus si obsequerentur consiliis Regiae Maiestatis, Livoniensibus in nullo ipsam defuturam.

Ex talibus propositis certe mihi persuadeo posse ad minus expisci animos Livoniensium, quorsum videlicet ipsorum moliciones tantum. Denique arbitror etiam hiis non modice animos ipsorum immutari, percelli et terreri aliosque cogitatus et conatus in mentes ipsorum iuduci. Non tamen p̄aefero mea consilia, sed omnia subiicio consilio tum Regiae Maiestatis Vestrae, tum virorum prudentissimorum, quos semper a consiliis Regia Maiestas Vesta habet^g, ut ab his decernatur, quid in hac re facto opus sit. Nihilominus et debita subiectione peto, si legationem mittere velit Regia Maiestas Vesta ad Livonienses, mihi copias instructionis^h) huiuscmodi, dummodo Regiae Maiestati Vestraeⁱ) mittere placuerit, festinumque responsum ad has meas litteras dare dignetur. Hanc tam regiam clementiam in me curabo semper

vigilantissimis^{j)} et obedientissimis obsequiis perpetuae meae memoriae, ut semper antea, commendare... Datae e Regio Monte, XXII Ianuarii anno etc. XXXIII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae.

- | | |
|---------------------------------|-----------------------------------|
| a) <i>correctum ex:</i> postula | g) habet <i>in ms. deest.</i> |
| b) <i>in ms. ex</i> | h) <i>in ms. instructiones</i> |
| c) <i>in ms. quo</i> | i) <i>in ms. vigilantissimis</i> |
| d) <i>in ms. contingit</i> | z) <i>sic in ms.</i> |
| e) <i>in ms. meque</i> | 1) <i>Reinholdus a Buxhövden.</i> |
| f) <i>in ms. cercernant</i> | 2) <i>Valterus a Plettenberg.</i> |

N. 800.

E Regio Monte, 22.I.1533.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tęczyński, castellano et capitaneo Lublinensi, marsalco curiae regiae,

de fratre suo Gulielmo coadiutore Rigensi, a capitulo et nobilitate dioecesis Osiliensis in episcopum Osiliensem vocato et postulato et de homagio iam ei praestito; de priore episcopo [Reinholdo Buxhövden] non a pontifice Romano confirmato, arcem Arnsburgensem adhuc possidente; de magistro Livoniae [Valtero a Plettenberg] ad expeditionem bellicam se parante nuntiat et rogat, ut rebus sic stantibus aliquot levis armaturae equites acquirat et sibi, si opus fuerit, in auxilium veniat.

(*Sub textu:* Mutatis mutandis nominibus literae scriptae sunt Dominis Lucae et Andree de Gorckau, Johanni Thantzin, Domino Nicolao Capitaneo in Strasburgen [*Nicolao Działyński*], Alexandro Chotzikovitz, Domino Alberto Gastaldo).

(*Latine*)

Cfr. El. XXXV, N. 329.

Iam ed.: A.T. XV, N. 29.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 317-320.

N. 801.

E Regio Monte, 23.I.1533.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Iskrzycki, succamerario Camenecensi,

admonet eum, ut, si secundis litteris suis requisitus fuerit, cum conductis equitibus levis armaturae ad se projicisci paratus sit.

(*Sub textu:* Mutatis mutandis, Domino Yskritzky et Domino Iacobbo Przewitz).

(*Latine*)

Iam ed.: A.T. XV, N. 30.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 320-321.

N. 802.

E Regio Monte, 28.I.1533.

Albertus dux in Prussia

« domino Bohuss (Bohusz), capitaneo in Swyesno (Szweksznie) »
pro servitore suo Ioanne (Janko) Duda sive Kuderwas, cuius frater
nomine Sidor (Sydor), eiusdem Bohusz servitor, sine liberis e vita
discessit, intercedit, ut relicta a defuncto bona usque ad adventum
legitimi heredis (scil. Ioannis Duda) in bona et secura custodia
conserventur, nec in alienas manus perveniant.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 322.

N. 803.

S.L., s.d. [post I.1533].

Albertus dux in Prussia

Stanislao Zachariae Italicio (Włoszek)
litteras acceptas et animum eius in se candidum laudat; in locum de-
functi Christophori Szydłowiecki (30.XII.1532 obiit) eum (utpote
defuncti servitorem) pro amico et servitore habere desiderat; epi-
scopo Premisliensi [Ioanni Chojeński] ab eo commendari cupit; pa-
ratum se esse ei annum quoddam stipendum pro praestitis et
praestandis sibi servitiis assignare significat.

(Latine)

H B A, B, Conc., K. 1160. (Textus in Ostpr. Fol. deest).

N. 804.

E Regio Monte, 4.II.1533.

Albertus dux in Prussia

Erasmo Eustachio, teloneario Caunensi, canonico Vilnensi,
pro Nicolao John (Jhon), cive Regiomontano, cui praetextu novi telo-
nei ligna et cineres per famulum teloneariorum detinentur.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 322-324.

Pro Nicolao Jhon.

Salutem et benevolentiam nostram.

Venerabilis et nobis plurimum dilecte.

Conquestus est nobis fidelis noster subditus Nicolaus Jhon ligna
sua simul et cineres, quae et quos habet in districtu Platensi, iuxta
erecta elaboraverit, per famulum vestrum arrestari et detineri, non ha-
bito respectu, quod Illustrissima et Potentissima Domina et Regina
nostra Poloniae, Domina Bona, nec minus Potentissimus Rex Sigis-
mundus Augustus et Magnus Dux Lituaniae, graciosissimus Dominus
noster et affinis, manifestissimas et apertissimas literas et mandata
dederint ad praefectum Platensis¹⁾ et Georgenburgensis²⁾ districtus ra-
tione talium lignorum et cinerum, videlicet cum antea in eo loco the-
lonea non fuerint consueta, ut sine impedimento libere vehi permit-
tantur ligna huiusmodi et cineres. Cum vero notum sit nunquam antea

fuisse aliquod thelonium in eo loco, ipse quoque famulus fidelis noster Nicolaus Jhon huiusmodi ligna et cineres non defluat per flumina Regiae Maiestatis, sed per nostra flumina transvehit et per aquas nostras, simul eciam attento, quod si ex novo nec deberet exigi et erigi thelonium in eo loco, quod non solum esset contra concordiam regiam, sed eciam contra pactum et concordiam inter Magnum Ducatum Lituaniae et provincias Prussiae, paucis exactis temporibus perfectam^{a)}, ideo a vobis clementer desideramus, ut praescripta omnia diligentius animo revolventes quantocutius nostri fidelis subiecti et famuli Nicolai^{b)} Jhon ligna et cineres sine ulteriori dilacione et damnis et expensis libere sinatis transvehi^{c)} sine aliqua arrestatione vel resistentia, ne fortassis subdito nostro praefato detur occasio super hiis conqueri Regiae Maiestati, nos quoque non compellamur praedictum fidelem famulum et subiectum nostrum in suis iustis causis, sicuti tenemur, tueri et defendere. Speramus autem et credimus omnino vos talem esse, qui non velit contraire commissionibus Regiae Maiestatis neque contra pactum et concordiam aliquid novi attentare in subiectos nostros, neque permettere caussas illas ad ulteriorem querimoniam devenire. Huiusmodi vestram diligentiam studebimus et voluimus in similibus casibus, imo maioribus, nobis possibili modo^{d)} semper favorabiliter reminisci. Datae e Regio Monte IIII Februarii anno ut supra MDXXXIII.

In initio epistolae in margine: Domino Eustachio, teloneario in Cawen.

a) in ms. eractam

d) sequitur expunctum: semper

b) in ms. Nicolao

1) Stanislaus Steckowicz.

c) in ms. transvah

2) Stanislaus Szczepanowicz.

N. 805.

E Regio Monte, 6.II.1533.

Albertus dux in Prussia

*Stanislaus Steckowicz, capitaneo Plotelensi,
rogat, ut Iacobo Grolock (vel Kralock), civi Regiomontano, et Martino
Janueytis culpam ignoscat et eos detinere nolit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 107v.

N. 806.

E Regio Monte, 6.II.1533.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio

*quae fratrem suum Torunia sibi mitti iussit, non omnia hactenus ad
se pervenisse nuntiat; de morte Christophori Szydlowiecki, castella-
ni Cracoviensis, dolet; Andream Tęczyński, palatinum Cracovien-
sem, in demortui locum pro fratre ac amico habere vellet; de re-
gis bona valetudine gaudet; rogat, ut curet, quo equus sibi ab Hie-
ronymo Łaski mittatur; cuprum a Fuggeris sibi procurari petit.*

Cjr. El. XLVI, N. 87.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 103v-105.

An her Jobst Ludwig den 6 Februarii in XXXIII.

Unsern gunstigen grus zuvor.

Edler, lieber, getrewer.

Wir haben ewer schreiben an uns^{a)}, den 1 Januarii aussgangen, empfangen und seines inhalts lesende verstanden. Was die bestellung allerley zw Thorrn bey ewerm bruder belangt, thun wir uns desselben ewrs gehalten vleis mit gnaden bedancken, haben aber von ime nit mehr dann II lb goldt und den braunen samat bekomen, gnediglichen begerendt, ir wollet nicht mynder vleiss ankeren, das uns das ander auch moge ins erst zugeschickt werden.

Her Cristoff Schidlowitzkys seliger todtlichen abgang ist uns als unsers eigenen bruders hertzlichen und gantz treulich layde, und dieweyl wir dann nach desselben absterben mit niemandts zu Krakaw dermassen, allein mit dem hern Thentzinsky, waywaden, verwandt und vorenigt, so ist an euch unser gnedigs synnen, ir wollet unser dermassen bey demselben Tentzinssky zu der zeit gedencken, damit es zwischen uns beden zu gleichmessiger, bruderlicher vereinigung und verwandenus kamen und pleiben moge, also das wir augentlich wissen, wes wir uns zusammen im hertzen, auch sonst in allen andern whellen trew, liebe und freundtschaft versehen und verlassen mogen. Nachdem aber dennach die voranderung hern Cristoffs abgang allerley guts und boss geporen mocht, begeren wir gnediglich, ir wollet uns in allwege die voranderung und was daraus erfolgen und erspriessen wil, mittheilen.

Wir haben auch mit erfreutem gemuthe ko. mt. gesunthait verstanden, dann wir yr nichts liebers und erfreulichers, dan derselben und des gantzen s. ko. mt. geschlechts wolfart und gluckseligs leben erfahren. Verhoffen auch, es werde mit dem jungen konig und jungen konigen vormittelst gotlicher gnaden ire krankheit zur besserung gedeyen.

Nachdem auch her Lassky lauts euers schreibens in kurtz bey euch ankommen werd, bitten wir, ir wollet euch bei demselben umb ein gut turkisch pferdt (der ehr an zweiffel bey sich haben wurdt) bewerben und uns uberschicken. Das seindt wir umb ynen, womit wir sollen, zu beschulden, auch mit geldt zu vorgleichen urbutig, dann wir vilfeltiglichen von unserm f. lieben schwager und bruder, herrn Cristiern, herzog zw Holstein, darum ersucht worden, dem wir auch gerne darinne wilfarens wolten.

Beschliesslich ist unser gutlich synnen, ir wollet bei den Fugker von unsertwegen umb einhundert ader II zentner kupffer handeln, und dieweil das gelt, so uns uff kunfftig Osternn. von ko.mt. zw Polenn etc. algereith zu andern als zu bezalung der schief, so wir koniglicher werden zu Dennargken^{b)} zum besten ausgericht, verordent, euch so vil bei dem Fugkern zu erhalten beveissigen, das sie uns diss jar bargeen wollen; sol inen das ander jar von dem gelde zw Krakaw die bezalung gefallen. An dem thut ir uns zu gnedigen gefallen in sondern gnaden widerumb zu erkennen. Datum Konigsberg den 6 Februarii anno ut supra.

a) *sequitur expunctum*: aussgangen.

b) *sic in ms.*

Albertus dux in Prussia

*Lucae a Górkka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,
pro litteris eius, 7.II.1533 datis, et pro missis novis gratias agit; de
Ioannis Tarnowski propensiore nunc erga eum animo gaudet; spe-
rat eundem Tarnowski erga se etiam eo animo futurum, quo de-
functus Christophorus Szydłowiecki erat.*

Cfr. El. XXXV, N. 328.

HBA, B, Conc., K. 1160. (Textus in Ostpr. Fol. deest.)

Uns ist E.H. schreibn, des datum den 7 tag Februari, zukommen und durch unsere rete, welche wir bey ko.mt., unserm gnedigsten hern, zu Peterkaw gehabt, überantwurt und daneben von in^{a)} erzellet worden. Wes^{b)} frontlichen willen^{c)}, auch erzeigens sich E.H. in unsren sachen und von unsertwegen gegen inen gehalten, welchen wir dann dest statlicher und undzweiflicher glauben geben, dieweil wir zuvor und allzeit E.H. gemüttd)^{d)} gegen uns gespurt, das sich dieselbn allzeit^{e)} frontlich und dinstlich willen gegen uns erzeigt. Welchs alles wir uns sambt^{f)} den uberschikhten neugezeiten aufs allerfrontlichst gegen E.H. thun bedankhen. Und als E.H. weiter melden, das der wolgeborene graf^{g)} zu Tharnaw und veldhebtman etc. nimer in den^{h)} gnaden stee wie vor etc., und das den lewtmenⁱ⁾ betlicher etc.^{k)} regiment in die leng nit leidlich sein wil etc., das sich auch hochgedochter von Thornaw gegen E.H. und derselbn son frontlich erzeigt und wes im E.H. unsenthalben zu erkennen geben etc., wissen wir E.H. hierauf nit zu pergen, das woll in allen sachen und disen geschwinden lestest gut aufsehen vonnotten und nit pos, das die lewt sehen^{j)} und merkhen werden, worauf die karten gemengt und wohin die schantz vermeint etc. Das auch der her graf und veldhebtman etc. sich gegen E.H. und derselben son so frontlich erzeigt, ist uns ein sonderliche frolokhung und verhoffen, es sol zu vilen dingen dinstlich sein und zu guten ersprissen. Wes auch E.H. unsenthalben mit seiner grosmechtigkeit rede gehalten, kunen wir nit anders dann uns zum besten geschehen sein und gantz treuherziger wolmeinung vermerkhen, dergstalt wirs auch dankhborlich von euch annemen und wissen euch hierauf hinwinderub^{z)} als dem vertrawten frent und vertrawter weis frontlicher meinung nit zu pergen. Das uns seine grosmechtigkeit durch ir gar frontlichsm)^{m)} schreiben er sucht und uns allen frontlichen und dinstlichen willen und in die alten frontschaft, so wir mit weilent dem grosmechtigen unserm geliebten bruder in Got verschiden, hern Cristoffn von Schidlowitz etc., zu treten sich erboten. Welchs wir also zu frontlichem und dankhnemendem gefallen und sovil dest mer, weil solchs von E.H. auch fur gut ansehenⁿ⁾, angenomen und seiner grosmechtigkeit derhalben mit gebu render dankhsagung und widererbietung begegent, wie wir dann in warheit und nit anders gesinet, dann allen denselben, so denjenigen, die uns vertrawet und mit verbruderung oder sonst mit frontschaft, o) auch frontlichen und dinstlichen willn^{p)} zugethan, wie her Crystoff selig auch einer gewesen. Hinwiderumb und gleichsvals zu dien auch frontlichen und dinstlichen willen zu geleisten, derhalben so sein wir umb sovil dest mer solchs gegen dem hern groshebtman etc., als der

uns sein frontschaft sonderlich und hochlich vermeldet^{q)}, auch hochsts vleis und frontlich zuthun gemeint, dieweil dann die wellt yetz gantz listig und die prattiken wunderperlich und geschwindt etc. Derhalben sich guter frontschaft vol zu vertrosten auch von noten etc., und E.H. als unser sonderlicher, beliebter und vertrawter frondt weyter^{r)} wes^{s)} zu gedey er wolfart^{t)} und aufenthalt ko.mt., der loblichen Cron, E.H., derselben^{u)} und unsern guten froden und uns gerechen mocht, ^{v)}wes allerseitzt zu stathafter forntschaft dinen mocht, wie wir auch hiermit frontlich zu geschehn bitten thun^{w)}, uns anzeigen sol an uns^{x)} zur billiket nichts erwenden, dann E.H. ^{y)}und derselbn zugethan vil^{z)} behegliket und freundtwilliken zu erzaigen, sollen uns dieselben allzeit willig und bereyт befinden. Wollen E.H. himit etc.

An den von Posen.

- | | |
|--|---|
| a) von in <i>supra lineam</i> . | m) <i>sequitur expunctum</i> : und dinstlichs |
| b) <i>sequitur expunctum</i> : retlich | n) <i>lectio incerta</i> . |
| c) <i>sequitur expunctum</i> : Auch wes rat frentz | o-p) <i>in margine</i> . |
| d) <i>sequitur expunctum</i> : und tat | q) <i>in margine pro expuncto in textu</i> : angeboten |
| e) <i>in margine</i> . | r) <i>sequitur expunctum</i> : weg uns vermelden zu fordern |
| f) <i>in ms. sabt</i> | s) <i>in margine</i> . |
| g) <i>supra lineam expunctum</i> : her | t) <i>sequitur expunctum</i> : guten froden |
| h) <i>supra lineam</i> . | u-v) <i>in margine</i> . |
| i) <i>sequitur expunctum</i> : der weber (?) | w) <i>sequitur expunctum</i> : nichts |
| j-k) <i>in margine</i> . | z) <i>sic in ms.</i> |
| l) <i>sequitur expunctum</i> : werden | |

N. 808.

E Regio Monte, 13.II.1533.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae*

*rogat primum, ut rex promoveat causam matrimonii unius ex filiis
Caroli ducis Munsterbergensis (Ziembicensis) cum Anna duce Ma-
soviae, deinde ut oratori eiusdem ducis Caroli litteras det commen-
daticias ad magistrum Ordinis in Livonia, quo unus ex filiis du-
cis ad dignitatem coadiutoris magistri Ordinis in Livonia promo-
veatur.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 324-327.

De contrahendis sponsaliis Dominae Annae etc.^{a)}
Serenissime Rex.

Scripsit mihi nuper Illustris Princeps Dominus Carolus Dux Mons-
terbergensis etc., consanguineus et affinis mihi charissimus, quomodo
Sua Illustritas strennum Iohannem Butschallern occasione sponsaliorum
(quod Regiam Maiestatem Vestram non praeterit) ad nobiles et
generosos Dominos Georgium et Ioannem Raduvil etc. oratorem dele-
garit cum mandato, uti sese primum Maiestati Vestrae sisteret ad
recensendum eidem omnem eius rei actum et ordinem adque exoran-
dum a Maiestate Vestra ad praefatos Raduvil ad hoc regium patroci-
nium. Me praeterea, utpote quomodo in dicta caussa sponsaliorum

provehenda tum apud Maiestatem Vestram et Ducem Mazoviae, tum apud ceteros, pro virili mea haud indiligerter egisse arbitratus est, rogavit, quatinus apud Maiestatem Vestram summa diligentia intercederem, ut quemadmodum ceptum est, ita etiam amodo opera et patrocinio Maiestatis Vestrae opus hoc pium iuxta et sanctum suum tandem sorciatur effectum, utque Maiestas Vestra ad saepedictos Radivil in hoc literas commendaticias dare pro regia gratia dignaretur, cum ulteriori appendice:

Quandoquidem Sua Illustritas anno praeterito una cum Sede Apostolica, necnon cum Imperatoria¹⁾ atque Romanorum Regia Maiestate²⁾, in Livoniam ad Magistrum³⁾ et Ordinem eiusdem provinciae oratores suos, ut scilicet unum filiorum suorum in Magistratus illius coadiutorem cum spe futurae successionis adsciscere velint, misisset, id tamen postea per legationem Magistri et Ordinis praedictorum tam Pontifici Romano⁴⁾ et Imperatoria ac Romanorum Regiae Maiestati, quam Suae Illustrati, vigore quorundam praetensorum contractuum, quibus inter eos, Magistrum videlicet et Ordinem, convenit, ne quem Principem in terram suam recipient, plane fuisse denegatum, verumtamen Imperatorem necnon Romanorum Regiam Maiestatem Suae Illustrati gracie et clementer promisisse sese, quod ad praedictum Magistratus coadiuvamen attinet, filiorum suorum partes clementer suscepturas adeoque et tuituras, velleque incepsum hoc negocium per Suae Maiestatis legationes et scripta denuo agere ac incessanter promovere, esse etiam Suae Illustrati in animo cum legatione Pontificis Romani necnon Maiestatis Imperatoriae et Romanorum Regis etiam suum oratorem intra nunc et Paschae festa ratione eiusdem negotii in Livonię remittere; iterum petendo, ut apud Regiam Maiestatem Vestram non minus fideliter quam diligenter et subdite intercederem, quatinus Maiestas Vestra in Suae Illustratis et filiorum suorum commodum intuitu personae meae ad Magistrum et Ordinem Livoniae regiam ac clementem per literas facere commendationem easque literas Suae Illustratis legatis secum deferendas dare pro regia gratia dignaretur.

Quapropter cum etiam praefatus Dominus Carolus Dux Monsterbergensis, consanguineus et affinis meus charissimus, apud Imperatorem et Romanorum Regiam Maiestatem usque adeo modicae autoritatis non est, ita ut Sua Illustritas una cum filiis suis, praesertim si clementi auxilio et patrocinio Regiae Maiestatis Vestrae mediante coadiuvaminis dignitas foedusque illud sponsalorum cum Duce Mazoviae optatum sortiretur successum, Regiae Maiestati Vestrae eiusdemque subditis et dominiis haud modica obsequia, necnon et bonae vicinitatis officia (quemadmodum fecerunt et hactenus) non possint non praestare, ad Maiestatem Vestram Regiam humilis mea et subdita petitio est, ne Regia Maiestas Vestra gravetur primum negocium hoc sponsalorum incepsum ita in regia et clementi sua commendatione habere, ut id non solum apud Ducem Mazoviae, verum etiam per literas commendaticias apud heros de Radivil promotum felicem tandem et laetum nanciscatur finem, utque in animum sibi inducere non velit tam clarum tanque praecellens genus, utpote etiam Maiestati Vestrae consanguinitatis iure coniunctum et quod ipsi haud parve possit esse honori et emolumento, recusare; deinde pro obtinendo efficiatus coadiuvaminis in Livonia magistratu regias suas et commendaticias ad Magistrum et Ordinem fieri literas easque oratori Dicis Caroli (si tamen is adhuc apud Maiestatem Vestram foret) dari com-

mittere^{b)}. Quod si vero is vel nondum advenerit, vel iam a Maiestatis Vestrae aula discesserit, eas quam primum ad me transmitti dignetur Maiestas Vestra pro regia sua clementia demandare. Id ego erga Regiam Maiestatem Vestram, tanquam Dominum meum clementissimum atque avunculum colendissimum, subditis et indefessis obsequiis meis promereri nunquam obliviscar. Datae e Regio Monte XIIIII Februarii anno a nato Christo Servatore MDXXXIII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae.

- | | |
|---|-----------------------------------|
| a) <i>pro expuncto</i> : De occasione sponsaliorum
<i>subscriptum.</i> | 2) <i>Ferdinandus I.</i> |
| b) <i>sequitur expunctum</i> : vel non | 3) <i>Valterus a Plettenberg.</i> |
| 1) <i>Carolus V.</i> | 4) <i>Clemens VII.</i> |

N. 809.

E Regio Monte, 13.II.1533.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae*

*rogat, ut rex modis omnibus apud imperatorem et regem Romanorum
sollicitet et instet, quo imperiale bannum, contra personam suam
ab iudicio Camerae Imperialis promulgatum, prorsus aboleatur
abrogeturque.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 327-329.

Notum facit se bannitum, orans auxilium.
Serenissime Rex.

Haud omnino incerta relacione ad me pervenit, quomodo Regia Maiestas Vestra brevi legationem suam ad Romanorum, Hungariae atque Boemiae Regiae Maiestatis¹⁾ commissarios in Silesiam occasione erroneous quorundam defectuum, quibus inter Maiestatem Vestram Maiestatisque Vestrae inclitum Regnum ipsasque Schlesiticæ terras non-nihil est dissidii^{a)}, destinatos, est missura etc. Nec dubium apud me est, quin Regia Maiestas Vestra recenti in memoria habeat, quomodo ob multimodas machinas et vaframenta Magistri Ordinis Theutonici²⁾ ceterorumque adversantium mihi, necnon ob impetrata contra me mandata imperatoria et bannum, Maiestatem Vestram saepissime pro regia sua consolatione, auxilio, consilio atque tutela subditus et supplex fecerim interpellari. Quare etiam Maiestas Vestra clementissima sua responsione, me scilicet regia sua gratia, auxilio atque tutela non destituturam, verum me in gratiosa sua protectione manutenturam, non semel me consolari est dignata. Id quod etiam Maiestas Vestra re ipsa iam multoties palam prestitit. Quam ob rem illi a me, uti a subdito fas est, sempiterna habetur et debetur gratia. Quia vero hoc semper studui, ut id quam possit minimis paucissimisque fieret Regiae Maiestatis Vestrae impensis, cum apud me ipsum hanc Maiestatis Vestrae legationem ad commissarios supradictos perpendarem, non continui me, quin subdito eoque bono animo Regiam Maiestatem Vestram his literis meis iterum inviserem, quibus Maiestatem Vestram suppliciter peto, quando bannum illud contra meam personam editum

in biennium est suspensum, ego vero apud me nondum certo possim statuere, quid exinde sperandum sit boni et commodi, quidve providendum mali et incommodi, quid etiam intra id temporis per memoratum Magistrum et Ordinem plus tam in Regiae Maiestatis Vestrae inclitique Poloniae Regni, quam in mei praeiudicium possit excogitari, Regia Maiestas Vestra eidem suo legato in Silesiam, ut perfertur^{b)}, designando committere clementer dignetur, ut hanc ipsam caussam quam diligentissime iis viis et modis, quos optimos novit Regia Maiestas Vestra prescribere, ad dictos commissarios recensendo perferat, cum adnexa regia graciosa postulatione, quatenus iidem commissarii apud Imperatoriam^{3) ac Romanorum Regiam Maiestatem sollicitare adeoque et instare adiuvent, ut omnis tandem nedum malorum exinde emergentium metus, verum et ipsa metus sinistra suspicio, adeoque et bannum ipsum sublatum pro ampliori unione et tranquillitate Reipublicae Christianae conservanda penitus aboleatur, ut etiam Caesarea ipsius necnon Romanorum Regia Maiestas apud animos suos clementer expendere velint, quantum fatigae^{c)} et impensarum Regia Maiestas Vestra pro conservatione non solum earundem Maiestatum^{d)}, verum etiam publicae tocius Orbis Christiani quietis et tranquillitatis humeris suis sola suscepere fortiterque sustineat.}

Ad hec, quando Regia Maiestas Vestra erga illorum Maiestates ea est mentis promptitudine, ut non satis existimet, si cum ipsis solum in perpetua amicitia et pace una cum Regni sui subditis firmiter persistere optet et velit, verum id etiam omnibus votis satagat, ut et ceteros, qui forsitan^{e)} ita equi non essent, huc possit inflectere, vicissim Regiam Maiestatem Vestram bona spe de illis sibi polliceri, Sacram Imperatoriam ac Romanorum Regiam Maiestatem erga sese ac inclitum suum Regnum universaque Regni dominia similem in animis suis sensuras affectum, bannumque illud^{f)} meum (hoc praesertim considerato, quod divus olim piae et laudabilis memoriae Maximilianus Imperator Regiae Maiestati Vestrae sese ipsis subditas et attinentes personas de cetero nunquam bannitum ultro promiserit), simulque quicquid publicae tranquillitati obsistere posset, in universum extingueare et abolere. Ad hec ut eedem illorum Maiestates Regiam Maiestatem Vestram per literas nuncupatim in hoc datas certificare velint, quibus et Regia Maiestas Vestra et totum ipsis Regnum Regnique subditi deinceps ab eiusmodi banno sint securi, quemadmodum his omnibus efficiundi Regia Maiestas Vestra pro data illi a Domino regia intelligentia meliores et modos et formas novit, quam mea tenuitas unquam poterit prescribere. Nam tametsi meo iudicio eiusmodi oratio alioqui forsitan non multum prodesse posset, proderit tamen in hoc, ut ex illorum responsione multa, quae alias laterent, patefierent, cognitisque illorum consiliis posset sanioribus consiliis ipsis iri obviam. Id ego erga Regiam Maiestatem Vestram inclitumque ipsis Regnum, quibus me subditus et ex animo commando, omnibus viribus summoque conatu promerebor. Datum e Regio Monte XIII Februarii anno a nato Christo Servatore 1533.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae.

- a) in ms. dissidi
- b) in ms. preferitur
- c) in ms. fatage
- d) in ms. Maiestatem
- e) in ms. forsitan

- f) in ms. illum
- 1) Ferdinandus I.
- 2) Valterus a Cronberg.
- 3) Carolus V.

N. 810.

E Regio Monte, 14.II.1533.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

*aliquot epistolas et binas litteras fidei, ad negotium matrimonii Annae
ducis Masoviae cum duce Munsterbergensi spectantes, utriusque do-
mino Radziwill [Georgio, castellano Vilnensi, et Ioanni, pincernae
M.D.L.] perferendas, eo absente, fratri eius [Ioanni Nibschtz] se
tradidisse nuntiat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLVI, N. 86.

Iam ed.: A.T. XV, N. 77.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 105-105v.

N. 811.

E Regio Monte, 18.II.1533.

Albertus dux in Prussia

Friderico Schmaltz, civi Posnaniensi,

*miratur, cur sal nitrum nondum sibi suppeditaverit, et rogat, ut sine
mora certam salis nitri quantitatem, Moravi vel Vratislaviensis, si-
bi mittat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 105v.

N. 812.

E Regio Monte, 18.II.1533.

Albertus dux in Prussia

Stanislaw Zachariae Italicio (Włoszek, in ms. Włossok)

*iuxta contractum per doctorem Ioannem Apel, cancellarium suum, cum
eo Petricoviae factum, eum ad se venire et servitium suscipere
iubet.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 106-106v.

N. 813.

E Regio Monte, 18.II.1533.

Albertus dux in Prussia

Osvaldo, fabro margaritario (perlenheffter)

*scire cupit, quando Regiomontum venire possit ad quaedam opera con-
ficienda (« perlengeschmuck und cleydung »).*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 106.

N. 814.

E Regio Monte, 28.II.1533.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de summa 4000 aureorum, sibi quotannis a rege numeranda, hoc anno
Michaeli Kösler, civi Gedanensi, suo nomine persolvenda.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, f. 331.*

N. 815.

E Regio Monte, 28.II.1533.

*Albertus dux in Prussia
Bona regiae Poloniae
pro Iacobo Brzozowiec (in ms. Przezowitz), aulico regio, qui ad se
vocabus habita regis permissione venit, ne ei haec projectio detri-
mentum pariat.
(Sub textu: In simili forma literae scriptae sunt Regi Poloniae).
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 330-331.*

N. 816.

E Regio Monte, 28.II.1533.

*Albertus dux in Prussia
Andreae Tęczyński, castellano Cracoviensi,
pro Iacobo Brzozowiec (in ms. Przezowitz), aulico regio, qui habita
regis permissione ad ducem vocabus venit, rogat, ne ei haec abitio,
« quantum ad suum salarium adtinet », detrimento sit.
(Sub textu: Pari modo scriptum est, mutatis mutandis, Episcopo
Cracoviensi [Petro Tomicki], Episcopo Premisiensi [Ioanni Cho-
jeński] et Supremo Marscalco [Petro Kmita]).
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 329-330.*

N. 817.

E Regio Monte, 3.III.1533.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Szukowicz (in ms. Nicolao Petzkyewitz Sukowitz), tivuno
Pojurensi,
adhortatur eum, ut redditus et census villae Coadiuten (Koczyce) iuxta
mandatum regium usque ad controversiae determinationem deponi
et servari faciat.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 331-332.*

E Regio Monte, 6.III.1533.

Albertus dux in Prussia

*Erasmo Eustachio, canonico Vilnensi et teloneatori Caunensi,
pro Nicolao John (Jhon), subdito suo, intercedit, ut ei robora caesa
et cineres exustos praetextu novi et insueti telonei arrestata resti-
tuat, eo vel magis, quod dictus subditus suus non per amnem Min-
ga eiusmodi merces traicit, sed per fluvium Akmena, « qui limo,
ruderibus et lapidibus magnis adeo obstrusus fuit, ut vix scipio
aliquis per eum potuerit transvehi et traiici, neque fuerit unquam
vel stipes pro teloneo inibi persolutus ».*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 332-333.

E Regio Monte, 10.III.1533.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*de limitibus inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum Prussiae
sine ulteriori mora regundis et constituendis.*

Cfr. El. XXX, N. 140.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 335-336.

De limitibus inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum Bo-
russiae.

Serenissime Rex.

Scripsi Regiae Vestrae Maiestati Serenissimae, non uno tantum modo, de limitibus inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum Borussiae regundis et constituendis. Et accepi a Regia Vestra Maiestate plures literas, quibus hoc negocium et instituendum et definiendum commissum esse indicat. Sed nescio quibus modis fiat, ut res tam necessaria subinde impediatur, quominus ad iam diu exoptatum portum pervenire queat. Porro cum ea dilacio provintiae huic atque subditis meis non parum incommodi pariat, scripsi ea de re Reverendissimo Domino Episcopo Cracoviensi¹⁾, fratri meo charissimo, ut Regiam Vestram Maiestatem eius rei faciat certiorem. Proinde suppliciter quaeso Regiam Vestram Maiestatem, ut dignetur eius Reverendissimam Dominationem clementer audire atque meis supplicibus precibus sic locum dare, ut ego intelligam hanc intercessionem aliquid potuisse, ut subditi mei perpetuo hic non fluctuent. Qua in re factura est Regia^{a)} Vestra Maiestas rem laude dignam, mihi vero et meis summe neces-
sariam... Datae e Regio Monte X Marcii anno etc. MDXXXIII.

a) sequitur expunctum: Regia

1) Petrus Tomicki.

N. 820.

E Regio Monte, 11.III.1533.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, palatino Russiae, exercituum R.P. capitaneo generali, de litteris eius, mortem Christophori Szydłowiecki nuntiantibus, a se acceptis nuntiat; pro oblata sibi amicitia gratias agit et ipse amicitiam ei promittit «tam firmam, stabilem et diuturnam, ut eam nemo inimicus, nulla temporis diuturnitas, sed sola mors, quae nihil non dissolvit, labefactare queat».

(*Latine*)

Cfr. El. XXXV, NN. 327, 339.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 333-334.

N. 821.

E Regio Monte, 11.III.1533.

Albertus dux in Prussia

Lucae et Andreae a Górką, Posnaniensi et Calissiensi castellanis, pro propensa erga se voluntate in negotio Livonico exhibita gratias agit; rogit, ut Ioannem Tarnowski ita ei devinciant, «ut habeamus eius Magnificentiam et fratrem et amicum non aliter, quam defunctum Dominum nuper Castellatum Cracoviensem [Christophorum Szydłowiecki] habuimus».

(*Latine*)

Cfr. El. XXXV, N. 333.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 334-335.

N. 822.

E Regio Monte, 11.III.1533.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tęczyński, castellano et capitaneo Lublinensi, litteras eius et relationem Iacobi Brzozowiec se accepisse nuntiat et pro propensa erga se et fratrem suum marchionem Gulielmum voluntate gratias agit; significat sibi nunc equitatu illo opus non esse.

(*Latine*)

Cfr. El. XXXV, N. 329.

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 336.

N. 823.

E Regio Monte, 14.III.1533.

Albertus dux in Prussia

episcopo Cracoviensi [Petro Tomicki] de constituendis novis commissariis ad causam inter Ioannem Gumiowski, subditum regium, et Iacobum Bartnicki, subditum suum, diiudicandam componendamque; item de negotio limitum aliarum-

que causarum inter provinciam Culmensem et Ducatus Prussiae ditiones et arces intercedentium Georgio Bażyński, Achatio Czema, Stanislawo Kostka et Ioanni Sokołowski committendo.

Cfr. El. XXXV, N. 309.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 337-340.

De controversia inter Ioannem Gunawsky et Iacobum Barthnisky.
Reverendissime Pater.

Significavit nobilis Felix ab Alden Reverendissimae Vestrae Paternitati post discessum e regia Dieta orathorum nostrorum^{a)} nostro nomine temerarias et violentas incursions Ioannis Gunawsky non solum adversus subditum nostrum Iacobum Barthnisky, contra inita pacta et transactiones, sed adversus quoque provintiam nostram factas etc. Et quamquam huiuscemodi temerariis ausibus iuxta praescriptum aequi et boni contra ire potuerimus, noluimus attamen, nimirum ut feudatarius princeps, aliquid adversus Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum et avunculum charissimum, nisi ad hoc vi adigeremur, moliri. Reverendissimae Paternitati Vestrae indicantes, quia Regia Maiestas ad supplicem petitionem nostram commissarios designaverit et locum et diem statuerit, in quo fines inter Mazoviam et Ducatum Borussiae definirentur et controversiae deciderentur. Ad quam Dietam nostros commissarios misimus, qui et determinatis loco et tempore comparuerunt. Neque vero ex regiis commissariis quisquam advenit. Ex quo consecutum fuit, ut neque fines circumiri, neque controversiae inter utriusque partis subditos decidi potuerint. Proinde deedit Reverendissima Paternitas Vestra prafato Felici in eiusmodi negotio delegationis regium diploma, quo certi commissarii a Regia Maiestate ordinati sunt. Veruntamen negocium finium regundorum, quia Regia Maiestas a Petracovia ad Cracoviam profectionem paravit, tantisper dilatum fuit atque eousque, ut nos denuo eius rei in regia Cancellaria faceremus mentionem.

Quia vero harum literarum tabellarium in nostris negociis ad Regiam Maiestatem ablegavimus, volumus, sic iubente necessitate, Reverendissimam Vestram Paternitatem eius rei iterum commonefacere, fraterne et amice rogantes, Reverendissima Paternitas Vestra velit primum apud Regiam Maiestatem curare, ut in caussa^{b)} violenta et temeraria ipsius Gunowsky, quam Reverendissimae Dominationi Vestrae remittimus, alii commissarii et in aliud tempus deputentur. Atque id quidem ideo, quia praenominatus Barthnisky veretur, ne dati commissarii vix vel nunquam convenire queant, et in eorum locum infra signatos commissarios constituere:

Primum Felicem a Zokolaw¹⁾, Palatinum et Capitaneum Plocensem, deinde 'Hadrianum a Golimino²⁾, Castellanum Zirnensem, tum Zamiszam Dlussowsky³⁾, Castellanum Dobrinensem, item Petrum Kos-sobutzky⁴⁾, Cancellarium Plocensem, postremo Mathiam Szobnisky⁵⁾, Thesaurarium Plocensem, cum hac tamen clausula, ut si unus, duo vel plures interesse nequierint etc. Deinde alii controversiis limitum et finium inter Ducatum Mazoviae et nostras diciones Soldaw, Neidenburgk, Ortelspurg, Johanspurg, Lick et Stradaun velit Regia Maiestas inspectores limitum constituere Reverendum Patrem, amicum nostrum, Dominum Petrum Episcopum Camianensem⁶⁾, Supremum Gubernatorem Mazoviae; praeterea Generosos Hadrianum a Golimino, Castel-

lanum Zirnensem, et Felicem a Sokolaw, Palatinum et Capitaneum Plo-
censem, cum clausula: absentiam unius vel alterius non obstare debe-
re, ut eiusmodi controversias una cum nostris commissariis, quos
ad hoc destinabimus, dirimere queant, atque eius rei locum et diem
constituere.

Praeterea quia inter provintiam Colmensem et nostri Ducatus di-
ciones et arces, partim propter limites, partim propter alias caussas,
non parvae difficultates ortae sunt, velit Reverendissima Paternitas
Vestra apud Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum
et avunculum charissimum, instare, ut in his negotiis rem committat
Georgio a Baysen, Palatino Marienburgensi et Capitaneo Mevensi, A-
chatio Zemen, Castellano Gedanensi et Capitaneo Stumensi, Stanislao
Kosky, Thesaurario Marienburgensi, et Ioanni Sokolowsky, Capitaneo
Graudnicensi, atque constituat eos commissarios ea forma, quae iam
praescripta est, sic tamen, ut haec clausula adiiciatur: Quod si non
omnes etc. Nihil addubitantes, quin Reverendissima Vestra Paterni-
tas omnia pro suo officio sit diligenter effectura, et nobis ea mandata
duplicata per hunc tabellarium transmittere, ut partem eorum habeamus
apud nos, partem vero sic constitutis commissariis transmittamus.
Datur operam, ut Reverendissimae Paternitati Vestrae vicissim
uti fratri nostro charissimo diligenter et sedulo commodemus. Quam
bene valere percupimus. Datae e Regio Monte **XIIII** Marcii anno etc.
XXXIII.

In initio epistolae in margine: Episcopo Cracoviensi.

- | | |
|--|-------------------------|
| a) correctum ex: nostrum | 3) Zawisza Dłużniewski. |
| b) correctum ex: caussas | 4) Kossobudzki. |
| 1) Felix Srzeński a Sokółw (rarius: Soko-
łowski a Srzeńsko). | 5) recte: Sobinski. |
| 2) Hadrianus Goliński (vel Goliński), cast.
Czernensis. | 6) Petrus Gamrat. |

N. 824.

E Regio Monte, 14.I.1533.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

*apud episcopum Cracoviensem, Petrum Tomicki, instandum esse scri-
bit, ut regii commissarii ad regundos fines controversos inter Du-
catum Masoviae, terram Culmensem et Ducatum Prussiae quanto
citius designentur; eum praeterea sciscitari iubet, utrum reginae
Bonae administrator in Samogitia sua sponte correctiones finium
inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum Prussiae ac inva-
siones in ditiones Pruthenicar faciat, an vero id (ut ipse asserit)
iussu ipsius reginae audeat.*

Ostpr. Fol. vol. 42, ff. 108-109v.

An Nickell Nibschtz den **XIIII** Marcii 33.

Wir haben hiebey dem durchleuchtigsten, grossmächtigen fursten
und herren, herren Sigemundten konig zu Polen etc., unserm gnedigsten

herren und freuntlichen, lieben ohemen, desgleichen dem erwirdigen in Got, unserm geliebten bruder, herrn Petro, bischoff zw Krakaw und der loblichen Cron Polnn obisther cantzler¹⁾, der langwerigen, irrgen-grenitz geprechen, so sich zwischen dem hertzigkthumb Masaw, dess-gleichen dem colmischen lande und hertzigkthumb Preussen etc. zu-tragen, geschrieben und umb furderliche commissarien, so wir in sol-chen des bischoffs schreiben, des wir dyr hiemit abschrift zuschigken, benenth zu verorden, gebeten. Dennach ist an dich unser gnedigs be-geren, dw wollest bey dem bischoff ufs vleissigt sollicitiren, dass sein liebe bey ko. mt. desshalben und dermassen anregung thun wollen, domit solche commissarien und mandata ins erst verordent und ver-fertigt werden, nichtsweniger auch dasselbig fur dein person ufs treu-lischst verfurdern helffen.

Und dieweyl dan, wie dw weist, sich nit gering irrungen zwischen dem grossfurstenthum Littawenn, Samaytten und Preussen zutragen und sich der verstorben heuptman in Samayten²⁾, seliger gedechnis, desgleichen seine vorfaren vilfeltiglichen understanden, in Preussen ungepurliche und mutwillige eingrief zu thun, daraus vil und man-cherley zwittracht entstanden, so hat sich ytziger verwalter meyner gne-digsten frawen und freuntlichen, lieben muhmen, der konigin³⁾, in Sa-mayten yetzo auch on unser oder der unsren beywesen (welchs doch pillich nit sein solt), newe grenitzen schalman zw machen understan-den, alles zuwider den aufgerichten vertragen. Derwegen wir als der so schuldig und phlichtig ist an seynen belehnten landen nichts zu entziehen ze lassen, verursacht, demselbtigen verwalter derwegen zu schreiben, gnediglichen begernde, von solhem abzustellen und biss zu besichtigenus der grenitzen und entscheid der irrgen sachen still-zustehen etc. Auf solchs hat sich der gemelt verwalter vernemen las-sen, es were im also von der konigin zw Polen etc., unser gnedigsthen frawen und freuntlichen, lieben muhmen, ze thun bevolhen. Dem wir gleichwol nach zur zeit keynen glauben geben wellen etc., gantz gne-diglichen begerende, dw wollest dich erkundigen, ab solchs auss irer ko. mt. bevelh gescheen ader nit, und wo dem also (des wir doch nit verhoffen), ire ko. mt. von unsertwegen undertheniglichen zu bitten, von solhem ungepurlichem verhaben abzustehen und die sachen biss auf endtlichen ausstrag beruhn lassen, daneben auch bey beden koni-glichen mt. mit vleis sollicitiren, das dieselben ufs furderlichs unpar-teische commissarien verorden wolten, solche grenitzen lauts aufge-richts newen vortrags mit dem grossfurstenthumb Lithawen und her-zogkthumb Preussen besichtigt und vernewert werde, damit eyn ydes teil, wes ime zustendig sein, wissen, die irrungen aufgehaben, und umb so will, dess bass, in gutter, fridlicher, nachperlicher eyntracht gelebt werden moge etc. In dem, wie wir uns vorsehen, keynen vleiss an dyr erwinden lassen, seindt wir urpietig in allen gnaden gegen dyr abzu-nemen. Datum ut supra.

1) Petrus Tomicki, recte vicecancellarius R.P.

2) Stanislaus Stanislawowicz Kiežajto.

3) Bona.

N. 825.

E Regio Monte, 17.III.1533.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*pro Nicolao John (Jhon), cive Regiomontano, cui Erasmus Eustachius,
canonicus Vilnensis et teloneator Caunensis, praetextu novi telonei
robora caesa et cineres exustos arrestavit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 340-341.

N. 826.

E Regio Monte, 17.III.1533.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*pro negotiatoribus Regiomontanis, merces suas ex Germania per Pos-
naniam transportantibus, quibus novus publicanus Posnaniensis
pro libitu suo singularum mercium vasa et arcas resignat et ipsas
merces excutit, et non quale debet, sed quale vult ab eis teloneum
exit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 341-342.

N. 827.

E Regio Monte, 17.III.1533.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*causam tollendi imperialis banni contra se editi commendat et rogat,
ut rex satagat, quo hoc bannum, si non prorsus tolli, saltem ad tem-
pus suspendi queat; gratias agit pro opera a rege apud magistrum
Ordinis in Livonia oblata in causa filii Caroli ducis Munsterber-
gensis; de negotio matrimoniali Annae ducis Masoviae, si id aliam
rationem habeat, se non esse amplius sollicitum significat.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 342-343.

Serenissime Rex.

Accepi literas Regiae Vestrae Maiestatis primum imperialis banni,
quo iam antea nexus fueram, mentionem facientes, deinde de Illustris-
simi Principis Ducis Caroli filio in Coadiutorem Magistro Livoniensi¹⁾
constituendo, postremo de matrimonio sollicitando et sponsalibus con-
trahendis Illustrissimae Ducis Annae etc. Quod ad primum adtinet,
quaeso^{a)} Regiam Vestram Maiestatem suppliciter, ut dignetur oratho-
ribus suis hoc negocium commendare cum Serenissimi Regis Roma-
norum²⁾ commissariis in eum modum conveniendi, ut hoc bannum si
non prorsus tolli, attamen suspensum permanere interim queat. Spe-
ramus aliquo interiecto tempore futurum, ut vel obliteretur, vel etiam
sua mole intercidat. Nihil etenim vel non praestat vel non abolet tem-
poris diuturnitas.

Praeterea quod Regia Vestra Maiestas suam operam clementer offeret et vult apud Magistrum et Ordinem in Livonia pro praefati Ducis Caroli filio intercedere, ago Regiae Vestrae Maiestati et Ducis Caroli et meo nomine magnas gracias, nihil diffidens, quin id, quod Regia Vestra Maiestas verbis promittit, opere sit expletura. Caeterum haec sponsalia praefatae Ducis Annae ego pro mea simplicitate ideo sollicitavi, quia putavi amplissimo Regno non parum convenire, si talem ad finem vicinum haberet. Quod si non succedit atque adeo aliam rationem hoc negocium habet, ego non sum eo nomine magnopere sollicitus. Regiam Vestram Maiestatem etc. Datae e Regio Monte XVII Marci anno etc. XXXIII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae.

- a) sequitur expunctum: regiam
- 1) Valterus a Plettenberg.
- 2) Ferdinandus I.

N. 828.

E Regio Monte, 17.III.1533.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Venceslao Czyrka, ut eum ad episcopatum Mednicensem decernat.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 345-346.*

N. 829.

E Regio Monte, 17.III.1533.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
prolixius disserit de quaestione appellationis (seu provocationis) ab iudiciis suis ad tribunal regium.
Cfr. El. XXX, N. 103.
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 358-374.*

De Appellacione.
Serenissime Rex.

Ex Regiae Vestrae Maiestatis Serenissimae responso, quod oratoribus meis datum est, intellexi Regiam Vestram Maiestatem una cum ordinibus amplissimi Regni ea, quae ab eisdem proposita sunt, clementer et benigne audivisse ac diligenter expendisse. Quo nomine Regiae Vestrae Maiestati et ordinibus supplices et amicas gratias ago. Et cum Regia Vestra Maiestas clementer a me desiderat, ut expensis rationibus Regiae Vestrae Maiestatis animum inducam ad conquiescendum in iis, quae iusta et honesta cuique videri debent et quae ad conservandam spem conceptam et maiorem^{a)} Regiae Vestrae Maiestatis omniumque regnicularum existimationem et observantiam, qua me

complectuntur, adprime conducunt, ego eam admonitionem Regiae Vestrae Maiestatis et debita mea obsequia, quae homagium praestando Regiae Vestrae Maiestati supplex obtuli una cum subditis meis, nimirum sic iubente necessitate, ad animum revocavi. Et vicissim Regiam Vestram Maiestatem ac ordines suppliciter, fraterne et amice admoneo, ut Regia Vestra Maiestas cum ordinibus conquiescat in iis, quae peraeque apud omnes gentes iusta et honesta unicuique videri debent, nimirum iuxta veterem illam legis duodecim tabularum formulam, quae^b habet: inter bonos bene agier, et quae ad conservandam supplicem spem et sanguine iunctam necessitudinem valde conducunt, nihil diffidens, quin Regiae Vestrae Maiestatis et ordinum clemens et amica promissio hac ratione crescere et augeri debeat, eaque, quae tam claris verbis transacta et toties subinde confirmata atque diplomaticis roborata sunt, non solum clementer et amice ponderari, verum etiam firmiter et inviolabiliter, sine parum necessaria disputatione, me una cum privilegiis, dignationibus et reliquis iuribus, quae Regiae Vestrae Maiestatis atque ordinum tot sigillis roborata et firmata sunt, illesum et liberum conservari.

Qua ratione et spe, quam de Regia Vestra Maiestate et ordinibus Regni concepi, nixus, volui apud Regiam Vestram Maiestatem et ordines instare (revisis tamen diligenter praefatis transactionibus, privilegiis, dignationibus, iuribus, confirmationibus et diplomaticis mihi, agnatis, convasallis et fidelibus subditis meis datis, sic nimirum impellente necessitate) atque suppliciter, fraterne et amice petere ea, quae ab orathoribus meis iam antea petita sunt et in praesentiarum peti debent, clementer, fraterne et amice expendere et aestimare. Proinde ratione fundatas causas proposui, ut Regia Vestra Maiestas una cum ordinibus ea, quae in his negotiis hactenus molita sunt, boni consulendi maiorem habeat occasionem.

Inprimit ex Regiae Vestrae Maiestatis responso intelligo hanc appellationum causam cum toties nominatis privilegiis, dignationibus, iuribus, transactionibus, confirmationibus et diplomaticis minime^c convenire atque factas disputationes cum eisdem ex diametro pugnare. Adeoque huic verbo (Superioritas) longe plus, quam ei omni iure debeatur, tributum esse. Videlicet neminem vel mediocriter in iure versatum ignorare posse, proprium ius esse uniuscuiusque superioris domini, ut ad ipsum a quovis subiecto et vasallo appelletur. Neque aliunde magis dominium et subiectio dignoscatur etc. Minime diffido hac^d ratione ipsam appellationem in incommodum et praeiudicium meorum et subditorum iurium, privilegiorum, dignationum, consuetudinum etc. nullo modo introduci posse, partim quia subditi mei iure Colmensi gaudent, quod ab initio in praesentem diem ab hoc appellandi onere semper liberum fuit; partim quia decimus nonus articulus transactionis clare secum fert: Si aliquis, qui de sorte Principum non fuerit, contra me aliquam actionem instituere velit, hoc eum coram vasallis meis facere debere, quos ego ipsi sistere et ad iudicium obligare teneor. Si quis autem occasione huiusmodi iudiciorum in casibus, meam personam adtingentibus, sibi iniuriam factam aut se gravatum esse existimabit, poterit ad consiliarios, quos Regia Maiestas et ego singulis annis feriis divi Francisci, sic postulante necessitate, Marienburgum^e mittere debent, provocare. Partim vero quia haec vox (Superioritas) non ad solam appellationem, sed ad multa alia quoque iura pertinet iuxta conclusionem primi articuli regii responsi, quod orathoribus meis nuper

datum fuit, cuius haec sunt verba: Nemini dubium esse debet ad Maiestatem Suam ius appellandi pertinere, quemadmodum et alia omnia superioritatis iura pertinent^e. Atque adeo, ut haec propositio, sublata appellatione, nullum extare superioritatis vestigium, sua mole corruat, nimur sic iubentibus Regiae Vestrae Maiestatis expressis et luce hac meridiana clarioribus verbis.

Ex quibus consequitur neque Regiae Vestrae Maiestati, neque huic verbo (Superioritas) hac ratione, hoc est utcumque appellatio locum habeat, aliquid iuris adimi. Contra vero ius, quod subditi mei tot seculis et introduxerunt et in hodiernum diem illibatum conservarunt, quodque mihi et subditis meis firmum et stabile futurum promissum est, insuper literae infeudationis palam et expressis verbis secum ferunt: hanc provintiam mihi cum omnibus et singulis eminentiis, iuribus et pertinentiis universis, nullis exceptis, sicut eiusmodi terras priores Magistri Generales et idem Ordo habuere et usque ad praesens nuperime gestum bellum usu et fructu tenerunt, traditam et datam esse. Praeterea ut subditi mei suorum privilegiorum, dignationum, iurium etc. nihil prorsus amitterent. Nihil addubitans id, quod supplex peto, debere^h eiuscemodi promissum et diploma infeudationis, quod Regiae Vestrae Maiestatis et tot ordinum sigillis, quemadmodum iam antea admonui, firmatum est, nulla sinistra interpretatione, partim propter ea, quae enumerata sunt, partim quae enumerari debent, vel labefactari vel etiam infirmari. Neque permettere, ut Regiae Vestrae Maiestatis animus ad aliud agendum quovis modo inducatur.

Primum cum Regia Vesta Maiestas in praefata confirmatione, mihi et Ducatu facta, omnia acquisita iura, immunitates, libertates, iurisdictiones, dignationes et privilegia etc. confirmavit, quae haec provintia, prius quam in feudum redigeretur, habuit et quibus libere sine aliquius impedimento usa fuit, exceptis iis tantum, quarum in iam dicta transactione NOMINATIM et expressis verbis mentio facta fuit, appellationis vero in ipsa transactione, quod ad hunc casum pertinet, nulla facta est mentio. Ad haec ius Regni Polonici hoc ius habeat, quemadmodum ego certior factus sum, ut non scripta nulla interpretatione introduci debeant.

Deinde cum suprema iurisdictio huius provintiae anno a nato Christo MCCXXXIII, atque adeo trecentos abhinc annos, in civitatem Colmensem, quae tum caput provintiae erat, collata fuit atque inibi usque ad praeteritum magnum bellum sine omni provocatione perduravit, post partitionem vero provintiae Borussiae, quae a Regno Poloniae et Ordine Teutonicorum facta est, hoc supremum ius, quod in hodiernum diemⁱ Colmense appellatur, in veterem civitatem Montis Regii translatum fuit, ibique tamdiu permanit, quoisque ad supremos Magistros Ordinis pervenit atque apud me etiamnum permanet.

Praeterea quia iis tantum privilegiis, dignationibus et iuribus etc. renunciavi, quae a Cesaribus, Principibus et Regibus Poloniae iuxta praescriptum articuli vicesimi noni huic Ordini et provintiae datae et largitae sunt, iam vero satis constat hanc libertatem et hoc ius non deferendi appellationibus a nullo Caesare, Principe vel Rege Poloniae datum, sed Ordini bello et iure gentium, quod apud omnes gentes est immutable et perpetuum, acquisitum, postea subditis elargitum et hactenus sine cuiusvis impedimento firmiter observatum esse^j.

Insuper non renunciavi aliis privilegiis, dignationibus et iuribus nisi iis, quae cum ipsa transactione, iuxta tenorem eiusdem articuli,

pugnant. Verum quia ipsa transactio ipsius appellationis, quantum ad hunc casum pertinet, nullam facit mentionem, et ius Polonicum, ut iam antea indicatum est, non vult, ut ea, quae expressa non sunt, ulla interpretatione in medium ducantur, non potest ulla proba collectione ab ullo iuris perito, qui Regiam forte Vestram Maiestatem ad assentiendum introducit, dici: hanc libertatem appellationibus non deferendi cum transactione et hoc verbo (SUPERIORITAS) pugnare. Nimirum cum me propter transactionis verba debitorem agnoscam^k coram Regia Vestra Maiestate, nempe Domino feudi, quantum ad meam personam pertinet, respondere. Quin etiam infederationem peto, homagium et fidelitatem, uti subditus vasallus, praesto, tantum abest, ut superioritatem temere detrectem. Neque etiam potui his libertatibus et iuribus, utcumque volens, sine consensu Principum agnatorum et subditorum renunciare. Et saepedictus articulus XXIX solius personae meae facilit mentionem.

Postremo ut clarius pateat et lucidius fiat ipsius appellationis in transactione nullam factam fuisse mentionem, quemadmodum a Regia Vestra Maiestate in hanc disputationis harenam ducitur, neque verba queant in hunc sensum torqueri, addam hoc saltem colophonis vice. Nam Illustrissimus Princeps, frater meus charissimus, Dominus Georgius Marchio Brandenburgensis etc., et ego statim ab ipsa inita transactione, nostro et aliorum agnatorum nomine, ad supplicem petitionem subditorum provintiae ipsis bona fide promisimus et nos in eum modum obligavimus: curaturos, ut iam olim acquisitis iuribus, privilegiis, consuetudinibus, dignationibus etc. nullo modo contrairetur, eosque nos eo nomine fideliter defensuros et tuituros. Id quod Regiae Vestrae Maiestatis delegati commissarii, qui me subditis meis praesentaverunt et in possessionem Ducatus investiendo introduxerunt, subditis meis ratum, firmum, stabile et illibatum futurum denuo bona fide promiserunt. Sed quo modo ista duo: appellationem esse exceptam et hanc subditis promissionem factam atque a regiis commissariis denuo confirmatam, convenient, nemo vel mediocriter rerum peritus ignorare potest.

Quod ad publicam fidem et salvum conductum adtinet, nihil timeo futurum, ut Regia Vestra Maiestas una cum ordinibus Regni aliquid mihi iuris adimat, cum eius rei neque in transactione neque in confirmatione neque in ullo aliquo regio diplomate facta sit mentio. Et ius Regni Polonici hoc habeat, ut iterum repeatam, non scripta pro non scriptis haberi. Quo minus altera pars alterius depredatores et hostes receptet, adeoque qui alteri parcum hostis sit, debeat quoque ab altera parte non secus ac hostis haberi. Iam vero cum Paulus Fasolt hostilem suum animum erga me verbis expresserit, id quod Regiae Vestrae Maiestatis literae secum ferunt et id ipsum alioqui satis constat, publicum et notorium factum est. Speravi Regiam Vestram Maiestatem iuxta praefatum articulum ipsum Fasolt sic tractaturam, ut neque erga Regiam Vestram Maiestatem, neque erga me et subditos meos aliquid hostilitatis moliendi haberet facultatem, quando in delictis non exitus, sed voluntas spectari debeat, praesertim cum Fasolt adhuc coram iudice pendeat, nihil iuris ei denegatum fuerit. Imo diffidens de sua causa, nulla habita famae suae ratione, turpiter aufugerit.

Et quia Regia Vestra Maiestas mentionem facit neque temere neque libenter commisisse, ut hanc publicam fidem ipsi Paulo Fasolt

daret, nihilosecius tamen ex literis meis, iam antea ad Regiam Vestram Maiestatem datis, intellexit nullam iniuriam eidem factam, sed eum turpiter a iudicio aufugisse, supplex quaeo Regiam Vestram Maiestatem, clementer dignetur hanc caussam sic tractare, ut praenominato articulo **XXVI** satisfiat, atque hanc fenestram subditis meis contra me grassandi non aperiri. Ego contra dabo operam, ut ea, quae ab orathoribus meis nuper meo nomine Regiae Vestrae Maiestati et ordinibus Regni pollicita sunt, facto etiam sim impleturus.

De vectigalibus et thelonieis nihil debet Regia Vestra Maiestas una cum ordinibus amplissimi Regni addubitat, quin nihil novi ego cum meis subditis officialibus instituerim. Neque enim ignoro hoc ipsum mihi, prae initis pactis et confirmatis transactionibus, minime licere. Verumtamen quia iam olim usque in hodiernum diem feudalis hic Ducatus meus privilegiatus fuit, veteresque transactiones et pacta, inter Mazoviam et hanc meam provintiam inita et firmata, permittunt, quascumque ego merces pro arcibus meis in Mazovia sustentandis et alendis emero, eas debere liberas et sine ullo teloneo atque exactione traduci. His tamen non obstantibus, quidam in Mazovia Regiae Vestrae Maiestatis subditi non solum meis officialibus et subditis, sed mihi ipsi negotium eo nomine facesserunt, officialibus et subditis meis equos, merces aliaque vi eripuerunt; praeterea aliquot boves, quos ad culinam meam Montis Regii in Mazovia emi curavi, neque eorum parvum numerum, arrestarunt atque subditos et ministros meos adegerunt, ut insuetas exactiones persolverent, pro nihilo interim habitis mandatis, quibus me Regia Vestra Maiestas clementer dignata fuit, egoque ipsis eorum copiam feci.

Quae cum ita se habuerint, ut frivoli illi et inobedientes, contemptis interim veteribus pactis et transactionibus, praesertim contemptis Regiae Vestrae Maiestatis mandatis, talia auderent, forte factum fuit, ut officiales mei, me non admodum abnuente, iis, qui me et meos in hunc modum laeserunt, paria fecerint. Neque tamen id ideo, ut nova et insueta exactio institueretur, imo potius ut et ipsi tandem occasionem conquerendi haberent, atque adeo ut Regiae Vestrae Maiestati¹⁾ palam fieret, quam inique me et meos hactenus detulerint, et ut temeritatis et inobedientiae suae aliquando iustas poenas ferrent. Et quia Regia Vestra Maiestas in dato responso indicat velle eam suis officialibus per literas mandare, ut veteribus et longa consuetudine introductis consuetudinibus observatis nihil novi et insueti instituant, ago Regiae Vestrae Maiestati supplex magnas gratias, enixe rogans, ut si in futurum hi exactores et publicani contra Regiae Vestrae Maiestatis mandatum aliquid temere attentaverint, non permittat Regia Vestra Maiestas, ut impune eis hoc perpetuo liceat. Nam cum nihil novi contra me et subditos meos attentatum fuerit, nullo modo Regia Vestra Maiestas addubitat debet id quoque, quod subditi mei egerunt, abrogatum esse, nimirum ut vicina illa bona voluntas salva et firma, si non permanere, attamen resarciri queat.

Quantum pertinet ad novas et insuetas in Samogithia et Lithuania exactiones, nihil dubito sine magno negotio fieri posse, ut Regia Vestra Maiestas ex inita inter Magnum Ducatum Lithuaniae et provintiam Borussiae transactione discat eandem novas exactiones prorsus inhibere. Proinde supplex quaeo Regiam Vestram Maiestatem, ut dignetur verba ipsius transactionis in memoriam reducere et ordinibus amplissimi Regni palam facere, nempe ut eidem transactioni contra mi-

nime eatur, neque quidquam, quod cum ea pugnet, a quoquam Regiae Vestrae Maiestatis nomine mandetur.

In summa cum oratores mei super regia electione et aliis articulis in eum necessitatis angulum compulsi fuerunt, nimurum propter iam enumeratas caussas et rationes, ut publice et solenniter protestati fuerint, non velle me in datum responsum consentire, quae Regiam Vestram Maiestatem suppliciter, ut boni consulat, quod ego eam protestationem, nempe sic exigente necessitate subditorum, agnatorum et mea, repeto. Quam in presentiarum atque his meis literis repetitam et renovatam esse volo atque ea quidem solennitate, quam leges, consuetudines atque omnia reliqua iura requirunt, nihilosecius tamen firmiter sperans Regiam Vestram Maiestatem atque ordines Regni in animos suos minime inducturos, utcumque in hanc disputationis harenam descenderent, ut contra naturam verborum transactionis, confirmacionis, infeudationis et reliquorum diplomatum, quae tot sigillis Regiae Vestrae Maiestatis et ordinum amplissimi Regni firmatae et stabilitae sunt, in praecuditum meum, Principum agnatorum et subditorum meorum ulla sinistra interpretacio fiat, neque gravatim hanc protestationem ferat. Presertim, id quod iam antea significatum est, quia eo nomine subditis meis peculiare diploma dedi eamque promissionem feci, ut ab ea nullo modo mihi liceat discedere. Quae promissio a Regia Vestra Maiestate Regiae Vestrae Maiestatis delegatis commissariis iisdem denuo renovata est, videlicet ut adversus inita pacta, transactions, consuetudines, dignationes, privilegia et omnia iura, neque per se neque per alios, excluso omni quaesito colore, in perpetuum nihil attentaretur. Quo nimurum fit, ut a me nempe, ut subdito Principe et sanguine iuncto, nihil aliud quam quod iustum et honestum est, petatur. Iustum autem et honestum^m est id petere, quod suum est vel sibi debitum, neque permettere, ut adversus iura fidemque et iusiurandum alterius aliquid extorqueatur, atque eos, qui sua fidei commissi sunt, quales sunt subditi Principis, a non debitis oneribus pro virili liberare. Alioqui etenim periculum est, ne iuribus et publicis et privatis violatis, gravis aliqua similitas oriatur, quae publicam pacem interturbet. Imo velit Regia Vestra Maiestas clementer permittere, ut haec iura omnia mihi salva, stabilia, firma et illibata permaneant, neque aliquid indignationis propter hanc protestationem, quam subditorum, agnatorum et mea necessitas postulavit, adversus me contrahere. Id quod mihi de Regia Vestra Maiestate plane persuadeo, hoc eidem in presentiarum promittens: velle me erga Regiam Vestram Maiestatem atque ordines Regni suppliciter, fraterne et amice in iis, quae meis, agnatorum et subditorum meorum privilegiis, dignationibus, consuetudinibus, iuribus etc. contraria non sunt, Christo Optimo Maximo bene adiuvante, cuius bonitatem in hoc negocio testem invoco, talem exhibere, qualem se nemo aliis (absit verbo invidia) exhibitus est, iterum suppliciter obsecrans, Regia Vestra Maiestas non permittat sibi aliud a quoquam persuaderi, imo innocentem mihi alteram aurem illesam reservet. Neque enim dubito aliquando futurum, ut iniquae illae querelae Regiae Vestrae Maiestati et nemini non luce hac meridiana clariores fiant. Porro quod Regia Vestra Maiestas mihi per oratores meos clementem suam voluntatem ultro obtulit, ago eo nomine Regiae Vestrae Maiestati suplices gratias, datus operam, ut pro virili mea sic me erga Regiam Vestram Maiestatem, Christo Optimo Maximo bene adiu-

vante, exhibeam, ut nihil sit in subdito Principe amplius desideratara... Datae e Regio Monte XVII Marcii anno a nato Christo Servatore MDXXXIII.

In initio epistolae in margine alia manu: Regi Poloniae post Dietam Petracoviensem in caussa appellationis. Anno 1533.

- | | |
|-------------------------------------|---|
| a) <i>in ms. amorem</i> | i) <i>in margine.</i> |
| b) <i>in ms. que (tere: qui)</i> | j) <i>adscriptum pro expuncto: observandum esse</i> |
| c) <i>sequitur expunctum: atque</i> | k) <i>sequitur expunctum: contra</i> |
| d) <i>sequitur expunctum: hac</i> | l) <i>correctum ex: Maiestatis</i> |
| e) <i>sequitur expunctum: gense</i> | m) <i>sequitur expunctum: peter</i> |
| f) g) <i>linea subductum.</i> | |
| h) <i>in ms. deberi</i> | |

N. 830.

E Regio Monte, 17.III.1533.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, palatino Russiae, exercituum R.P. capitaneo generali, post mortem Christophori Szydłowiecki, castellani Cracoviensis et Regni Poloniae cancellarii, eum et se ipsum consolatur.

Cfr. El. XXXV, NN. 327, 339.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 343-345.

Albertus Dei gratia etc.

Magnifico ac Generoso Domino Johanni a Tarnaw, Palatino Cracoviensi^{z)} et Regni Poloniae Supremo exercituum Duci.

S.D.

Magnifice ac Generose, amice et frater nobis multis nominibus dilecte.

Accepimus a Magnificentia Vestra literas secunda Ianuarii Cracoviae ad nos datas, ex quibus deflendam mortem Illustris et Magnifici Domini Christofori a Schidlovitz, Castellani Cracoviensis etc., fratris nostri desyderabilis et fidelissimi amici, non sine maximo animi nostri dolore. Neque id mirum. Nam cum in animum revocamus, quantum Sua Illustritas amplissimum Regnum atque ornatissimos ordines eiusdem suo splendore illustraverit, praeterea quanta diligentia et dexteritate mirificis modis curaverit, ut hoc Regnum et pace et bonis artibus cresceret, insuper quanta constantia Sua Illustritas se erga suos amica et praesertim erga nos fraterna voluntate exhibuerit, fieri non potest, ut nos eum maeorem ex animo nostro discutiamus, imo adhuc tristamur, ut homines. Et quamquam nihil addubitemus Illustritatem Suam, quae nimurum tam christiane et summis iuxta et infimis suam operam impartivit, non solum apud homines laudem, sed apud Christum Optimum Maximum pro temporali benefacto perpetuam mercedem inventuram, cuius bonitas pugillum aquae non dedignatur retribuere, id quod Magnificentia Vestra quoque indubie non aliter quam nos aestimare potest, atque adeo, ut uterque nostrum eo facilius hunc angorem ex animo eicere et nostram voluntatem divinae voluntati subiicere queat. Et accedit ad hanc nostram consolationem, quod Il-

lustritas Sua, frater noster charissimus, decumbens et iam moriturus nos Magnificentiae Vestrae fideliter commendavit, atque Magnificentia Vestra suam operam tam diligenter et amice nobis obtulit, ut inter defuncti Illustratatem et Magnificentiam Vestram nullum plane discrimen videri queat. Quin etiam non solum operam suam obtulerit, sed talem se erga oratores nostros nuper in regia Dieta exhibuerit, ut hanc Magnificentiae Vestrae propensam erga nos voluntatem luce hac meridiana clarius cernamus. Quo nomine Magnificentiae Vestrae magnas gratias agimus, hoc vicissim Magnificentiae Vestrae pollicentes: Quia Magnificentiae Vestrae patrem, fratrem autem nostrum charissimum, Illustrem Dominum Castellanum, impense atque ultra modum amavimus eique pro nostra virili libenter commodavimus, et Magnificentia Vestra, nempe defuncti filius, se non alium erga nos exhibet, quam ille nuper fuit solitus, hoc acturos^{a)} nos, ut quidquid pro re et dignitate Magnificentiae Vestrae et amplissimi Regni augenda atque amplificanda faciat, dommodo eo nomine quoquo modo certi facti simus, diligenter praestemus atque sedulo. Idem nobis de Magnificentia Vestra sine omni diffidentia pollicentes...

In initio epistolae in margine: Johanni Tarnaw.

a) *in ms. acturus*

z) *sic in ms.*

N. 831.

E Regio Monte, 17.III.1533.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Iskrzycki, succamerario Camenecensi,
se nunc opera eius in transmittendis equitibus non indigere significat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 346.

N. 832.

E Regio Monte, 17.III.1533.

*Albertus dux in Prussia
Annae [de domo Radziwill], relictae viduae Nicolai Kiežgajlo,
pro Iacobo Grolock, subdito suo, intercedit, qui a marito suo, Nicolao
Kiežgajlo (in ms. Keynesgalcitesz), adhuc vivo, partem quandam
nemoris in Samogitia parata pecunia emerat, postea autem minis-
tros suos Antonium Mass (in ms. Masz) et Winholdum Pfumpf una
cum 80 aliis ministris suis in nemus illud misit, ut nomine suo li-
gna caederent; quae ligna cum a defuncti Nicolai vidua prae-
textu non soluta pecuniae arrestata nunc sint, rogat, ut ea liberari et
restitui iubeat, ne ipse cogatur alias iustitiae vias quaerere.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 346-347.

N. 833.

E Regio Monte, 24.III.1533.

Albertus dux in Prussia

*Andreae Tęczyński, castellano Cracoviensi,
suadenti ei, ut cum Ioanne Tarnowski, exercituum Regni generali capi-
taneo, fraternitatis foedus ineat, respondet se id libenter facturum
esse et scire cupit, quibus rationibus eiusmodi fraterna necessitu-
do contrahatur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 340.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 348-349.

N. 834.

E Regio Monte, 25.III.1533.

Albertus dux in Prussia

« Domino Eustachio Electo Episcopo Mednicensi »)
merces regias sine telonei exactione transvehi se libenter passurum
nuntiat et vicissim rogat, ut ipse suorum quoque subditorum ra-
tionem habeat, praesertim vero cum certior factus sit, eum ad epi-
scopatus dignitatem evectum esse.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 350.

*) Sic in ms. episcopatum Mednicensem (a.
lias Samogitia) post mortem episcopi Ni-
colai Wiegajto (a. 1532 vel 1533) obtinuit
Georgius Talat, episcopus Kiovensis.

N. 835.

E Regio Monte, 25.III.1533.

Albertus dux in Prussia

*Erasmo Eustachio, canonico Vilnensi, plebano et teloneatori Caunensi,
pro Nicolao John (in ms. Jhon), subdito suo, intercedit, ut permittat ei
« suos cineres, ligna et reliquas merces avehi, quandoquidem non
detrectet vetera et consueta telonea persolvere ».*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 350-351.

N. 836.

E Regio Monte, 27.III.1533.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo I regi Poloniae
pro Erasmo Eustachio, canonico Vilnensi et superintendente telonei
Caunensis, « a venerabili capitulo unanimi voce electo et postulato
in Episcopum Mednicensem in Samogithia », intercedit et rogat,
ut eum rex in eundem episcopatum confirmare velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 351-352.

N. 837.

E Regio Monte, 27.III.1533.

Albertus dux in Prussia

Alexandro Gregorii (in ms. Gregorio) Chodkiewicz

*excusationem eius de non missis equitibus acceptat (« praesertim quia,
Deo bene volente, aliquo equitatu nobis in praesentiarum opus non
est ») et rogat, ut si quando « aliquid hostilitatis » sibi obtigerit,
eius rei rationem habeat.*

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 351.

N. 838.

E Regio Monte, 30.III.1533.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

*pro Caspare Damnitz intercedit, ut efficere studeat, quo sententia regis,
falsis informationibus nixa, in detrimentum eius, commodum vero
heredum Michaelis Prockmann lata, corrigatur et villa controversa
legitimo eius possessori relinquatur.*

(*Germanice*)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 109v-110v.

N. 839.

E Regio Monte, 1.IV.1533.

Albertus dux in Prussia

capitaneo Wschovensi (zu Wrawenstadt)

*intercedit pro Henrico Hessen, cive Regiomontano, ut ei pelles in op-
pido Wschowa (Frawenstadt) iniuste detentae restituantur.*

(*Germanice*)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 110-111.

N. 840.

E Regio Monte, 1.IV.1533.

Albertus dux in Prussia

Caspari Maciejowski, primo aulico regio,

*de tardiori ad litteras responso se excusat; de morte Christophori Szyd-
łowiecki dolet; pro studio in negotiis suis apud regem promoven-
dis adhibito gratias agit.*

(*Germanice*)

Cfr. El. XXXV, NN. 324, 338.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 111-111v.

N. 841.

E Regio Monte, 2.IV.1533.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae

Sigismundo Kotwicz (in ms. Cothwitz), subdito suo, a rege sibi commendato, ut ei bona quaedam restituat aut alia assignet, respondet se ei nihil debere, nam et ea, quae ei assignavit, per desidiam et inertiam suam non colit.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 97.

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 352.

N. 842.

E Regio Monte, 7.IV.1533.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
ei et Nicolao Nibschatz mel et cerevisiam dono mittit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 112.

N. 843.

E Regio Monte, 7.IV.1533.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschatz
duo dolia mellis et duo dolia cerevisiae per Iostum Ludovicum Decium
ei dono mittit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 112.

N. 844.

E Regio Monte, 13.IV.1533.

Albertus dux in Prussia
«Electo Episcopo Mednicensi» [Erasmo Eustachio]
pro subditis suis ex ditione Ragnetensi intercedit, ut eis ereptos equos
aliquot restituat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 353.

N. 845.

E Regio Monte, 27.IV.1533.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschitz

intercessionem apud regem expetit pro Iacobo Grolock (vel Grauloch, vel Kralock etc.), cui Nicolaus Szukaytis, teloneator in Samogitia, iniuriam intulit, ut ei iustitia administretur.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 112v.

N. 846.

E Regio Monte, 6.V.1533.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio

rogat, ut Friderico Schmaltz, civi et mercatori Posnaniensi, debitam a se pecuniae sumمام persolvat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 112v-113.

N. 847.

E Regio Monte, 12.V.1533.

Albertus dux in Prussia

Alberto de Rechfallen

pro benevolentia Ludovico Giesser (in ms. Gysser), ministro suo, exhibita, qui «in temerariam et violentam controversiam» cum quibusdam nobilibus villaे Tauntschytz incidit, gratias agit, eumque in posterum commendat; equum gradarium uxori suae [Dorotheae] emi et transmitti petit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 353-354.

N. 848.

E Regio Monte, 12.V.1533.

Albertus dux in Prussia

Lucae a Górka, castellano Posnaniensi,

pro Nicolao Aldersberger, litterarum exhibitore, in cuius hospitio «tempore ieunii proxime praeterito» Melchior a Rechenberg, capitaneus Soldaviensis, anserinas carnes comedera, et qui propterea ab omnibus inculpatur et timet, «ne propter indignationem Magnificentiae Vestrae in gravius periculum vel vitae vel corporis incidat».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 354-355.

N. 849.

E Regio Monte, 12.V.1533.

*Albertus dux in Prussia
Lucae a Górką, castellano Posnaniensi,
litteras nuper missas, sed ob tabellarii celeritatem non praesentatas,
remittit; pro Ludovico Giesser (in ms. Gysser), cui a nobilibus Sta-
nislao Gatecki (in ms. Galetzky) et Petro Schlatawsky (sic in ms.)
« ob teloneum villae Taunschytz » duo equi vi erepti sunt aliaeque
iniuriae illatae, intercedit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 355-356.

N. 850.

E Regio Monte, 14.VI.1533.

*Albertus dux in Prussia
consulibus civitatis Grodnensis
pro Marquardo Matis, cive Regiomontano, intercedit, ut ei a civibus
Grodnensibus debita pecuniae summa restituatur.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 113-114.

N. 851.

E Regio Monte, 20.VI.1533.

*Albertus dux in Prussia
commissariis regius negotio regundorum finium constitutis
commissionem regiam de regundis et determinandis finibus inter Du-
catus Masoviae et Prussiae, adhuc controversis et ambiguis, eis
mittit et rogat, ut loco et die statuto cum commissariis suis con-
veniant.*

*(Schedula: de lite inter Iacobum Bartnicki, subditum suum, et
Ioannem Gumowski, subditum regium).*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 375-378.

Salutem, benevolentiam et gratiam nostram.

Reverende in Christo, Magnifici et Nobiles Amici et vos reliqui.

Cum hactenus aliquot confinia inter Ducatum Mazoviae et Duca-
tum nostrum Borussiae atque nonnullae aliae subditorum nostrorum

caussae controversae fuerint, ut dissensiones et discordiae inde oriuntur, timendumque sit, ne ea, quae mala sunt, tractu temporis deteriora fiant, proinde ut tali morbo occursum iri utque iuxta praescriptum aequi et boni haec confinia circumiri, limites et termini poni, praetereaque subditorum lites componi queant, adeo ut una provintia alteri amplius negotium temere non facessat, indicavimus haec omnia Serenissimo ac Potentissimo Principi et Domino, Domino Sigismundo Regi Poloniae etc., Domino nostro clementissimo et avunculo charissimo, suppliciter rogantes, ut Regia Sua Maiestas dignaretur^{a)} aliquot commissarios designare, qui una cum nostris in rem praesentem et fines regant et subditorum controversias dirimant. Non est dedignata Regia Maiestas nobis regiam commissionem transmittere, in qua Reverenda Paternitas et Dominationes Vestrae ad eam rem commissarii ordinati sunt, quin etiam nobis demandare, ut eandem iisdem Dominationibus Vestris transmitteremus, videlicet ut de loco et die statuendis ab ultra parte conveniretur.

Quae cum ita se habeant, transmittimus Reverendae Paternitati et Dominationibus Vestris regiam eam commissionem, amice petentes, ut inspectis ipsius verbis deliberent et convenient cum Nobili et Strenuis consiliarii nostris, Fridericho Barone in Heideck, in Iohansburg et Letzen, Iohanne de Gablentz et Petro Kobersehe, in Gilgenburg et Neidenburg Capitaneis, quibus hanc provintiam demandavimus, de loco et die, ubi et quando conventuri sint atque tales controversias et confinium et subditorum transacturi et deposituri. Qua de re praefatis quoque nostris commissariis scripsimus. Facturae nimirum Reverenda Paternitas et Dominationes Vestrae Regiae Maiestati rem gratia dignam, nobis vero admodum gratam. Daturi operam, ut iisdem vicissim commodemus. Datae e Regio Monte, XX Iunii anno etc. XXXIII.

Schedula

Cum inter Iacobum Barthniczky, subditum nostrum, et Iohannem Gunovsky, Ducatus Mazoviae Regiae Maiestatis subditum, graves similitates et lites subortae fuerint, adeo ut praefatus Gunovsky ausus fuerit non solum subditum nostrum violenta manu e possessione sua deiicere, sed etiam talia moliri, quae ducalem nostram dignitatem non parum laedant. Quibus temerariis ausibus utcumque iuxta aequitatis praescriptum contraire potuerimus, nolimus tamen, ut feudatarius Princeps, nostra autoritate aliquid moliri, immo eam violentiam Regiae Maiestati potius significare. Proinde cum regia commissio secum ferat, hanc quoque controversiam et si quae sunt reliquae, ab utriusque partis commissariis decidi, quae limitibus forte non cohaerent^{b)}, rogamus Reverendam Paternitatem et Dominationes Vestras, ut velint praefato Gunovsky statutum diem, qui nimirum statui debet, praescribere et indicare, ut se ei iudicio sistat, atque sub regiae indignationis poena mandare, ut interim ab eiuscmodi temerariis ausibus desistat et abstineat. Id quod subdito nostro^{c)} Bartnitzky quoque severe demandatum est. Porro ut minore negotio terminus et dies statuatur, putamus non inconveniens fore, ut dies divi Matthaei designetur, quo utriusque partis commissarii convenient. Id tamen, quod Reverendae Paternitati et Dominationibus Vestris praescribere convenit, nimirum regis commissariis, quam nobis. Quibus hac in re iudicium relin-

quimus, petentes, et si sic placeat, eius rei prope diem certiores fieri queamus, adeo ut commissariis quoque nostris palam faciamus. Datas ut supra.

- a) *in margine pro expuncto in textu: dignetatur*
- b) *correctum ex: cohaerant*
- c) *sequitur expunctum: nostro*

N. 852.

E Regio Monte, 23.VI.1533.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschatz*

rogat, ut pro Iacobo Grolock, cive Regiomontano, cui varii generis iniuriae a teloneatore in Lithuania, Nicolao Szukajtis, illatae sunt, apud regem intercedat, ut ei res suae contra mandatum regium vi ablatae restituantur.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 114-115.

An Nickell Nibschatz den 23 Junii anno 33.

Unsern grus zuvor.

Ernyhester, lieber, getrewer.

Nachdem wir ko.mt. zw Polenn, unserm gnedigsten herren und freuntlichen, lieben ohemen, vonwegen unsers underthans und burger zw Kongsperg Jacob Gralacks, damit ime das seyn von Nicolai Sukytis, zolner in Lithauen, nit also mit gewaldt genommen und wider alle pilligkeit vorgehalten wurde etc., zum offtern malls undertheniglich angelangt und gebeten, wie wir dyr dann, auch unserm underthan, zum besten bey ko.mt. ein guter furderer zw sein hievor geschrieben etc., und desshalben an berurten zolner mehr dan einmall konigliche bevelich gescheen, so hat ehr sich doch, wie glaublich an uns gelangt, unangesehen solchs alles bissher daran mitnichten kerent, nach von seynem muthwilligen furnemen abwenden wollen. Besonder konigliche briff, denjenigen so sie ime uberantwart, fur die fuss geworfen, auch letzlichen sein unbillich furnemen bekennen mussen und gesagt, ime wher nicht bevolhen, das, so ehr in koniglichen nutz gewandt, widerumb herauszunemen und ymandt wider zu geben etc. Dennoch und die weyl wir uns vorsehen, das ko. mt. iren amptleuten nicht bevolhen wider recht und billigkeit zu handeln und was unrecht ist, zu than etc., so ist an dich unser gnedigs synnen und begeren, dw wollest diese sache bey hochgedachter ko.mt. mit vleiss helffen furdern und seyner ko.mt. diese beyligende unsere furschrifft selbest uberantworten, damit unser underthan zu dem seynen an weiter nachteyligen beschwerdt, muhe, raisens und uncostens kommen^{a)} moge, und nicht also mit eygenen durfftigen gewaltigen furnemen des zolners davon gedrungen, ethwas gegen ime furzunehmen letzlichen mit also groblich verursacht werden. Dass wollen wir umb dich hinwider in allen gna den beschulden und erkennen. Datum Konigsperg ut supra.

- a) *in ms. konnen*

N. 853.

E Regio Monte, 24.VI.1533.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de Nicolao Szukajtis (in ms. Sukaitis), regio publicano in Samogitia, qui subditio suo, Iacobo Grolock, regio mandato contempto et ad pedes eiusdem Iacobi Grolock projecto, bona sua « contra ius naturae et gentium atque omnem aequitatem » abstulit, conqueritur et rogat, ut eum ab eiusmodi temerariis ausibus in posterum prohibeat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 377-378.

N. 854.

E Regio Monte, 24.VI.1533.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

ad litteras regis, querelam Andreae Moskiewicz, regii secretarii, de officiis ducis sibi significantes, respondet et rogat, ut tale negotium in hoc tempus differat, quo fines inter utramque provinciam definiri debent; instat, ut eiusmodi finium definitio quam ceterim peragatur.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 102.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 378-379.

N. 855.

E Regio Monte, 24.VI.1533.

Albertus dux in Prussia

Lucae et Andreae a Górką, Posnaniensi et Calissiensi castellanis, transmittit responsum regium, legatis suis datum in negotio electionis regiae, appellationis, regalium, privilegiorum aliarumque libertatum suarum, concordia Cracoviensi (a. 1525) stabilitarum et confirmatarum, et consilium eorum expedit, quid faciendum, ne eiusmodi iura, privilegia et libertates suae deminutionem aliquam vel restrictionem patientur.

Cfr. El. XXXV, N. 345.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 115-116.

An herren Lucassenn, starosten zu Posnna und obersten heubtman in Grospolenn, dessgleichen herren Andres, grafen zw Gorka, castellan und herren zu Calisch, sembtlich und sonderlich, den 24 Junii anno etc. 33.

Von Gots gnaden wir, Albrecht, marggraff zu Brandenburg, in Preussen, zu Stettin, Pomerann, der Cassuben und Wenden hertzog, burggraff zw Nurnberg und furst zu Rugenn, entbieten den edlen und wolgebor-

nen, unsern geliebten freunden und brudern, herrn Lucassen, starasten zu Posnna und obersten heuptman in Grosepolenn, desgleichen herrn Andresen, grafen zw Gorka, calisiensischen castellan und herrn zu Galisch, unser freuntschaft und alles guts zuvorn.

Wes unsere geschickte an ko.mt. zw Polenn etc., unsern genedigsten herrn und freuntlichen, lieben oheymen, verrucker zeit und auf nechst gehaltener tagfart zw Petterkaw von unsertwegen der koniglichen whall, appellation und andere halben getragen, desgleichen von hochgedachter ko.mt. auf solch antragen egemelter unser gesandten zur antwort gegeben. Nu sindt wir aus hoher, unvormeidlicher notturft und zu erhaltung unser regalien, privilegien, begnadigung, befreiungen, rechten, gerechtigkeiten und anders ko.mt. auf solchs ir gegebene respons hinwiderumb unser gegenantwort zu thun und unser gerechtigkeit und beschwert untherdeniglichen und aufs gliempfichst anzuaigen, geursacht worden, wie dan E.H. derselben abschrifff, nichtsweniger, wes wir von hochgemelter ko.mt. dogegen abermals in antwort bekommen, hiebeiligtendt notturftiglich und nach der lenge zu ersehen. So dann nun die sachen an ir selbs wichtig, darin guthes raths vonnoten und E.H. den ewigen vertrag zwischen ko.mt. zu Polan etc. an einem und uns und den landen in Preussen anders theils aus christlichen, notwendigen, guten, gegrundten, beweglichen ursachen vergangenen jhar aufgericht, haben helffen abreden, machen, beschlissen und versigelen. Welcher itzgemelter vertragk mit ko.mt. beschlossen, unther andern, unsers achtens, auch clerlich mit sich bringt, das wir, sampt den landen in Preussen, bey allen unsern regalien, privilegien, begnadigungen, befreihung, rechten, gerechtigkeiten und andern genediglich und unbedrengkett pleiben solten. Sein wir ungetzweiffelt, E.H. werden uns, als zw den wir uns alles gutten getrosten, ja auch offtmals von derselben mit treuem vleiss an uns beweisen, nicht gern gonnen, dass uns an solchen unsern regalien und anderm, wie obberurt, einiger abbrucht oder vercleinerung beschehen sollt, sonder uns vielmehr in demselben allem helffen, furdern und erhalten. Dennach (und dieweyl uns und unser underthanen an solchen handel viel gelegen, desgleichen E.H. als die bemelten ewigen vertragk neben andern stenden der loblichen Cronn Poln haben helffen beschlossen und versigeln, zw erhaltung unser zugesagten begnadigung, was zu bedencken), so ist unser freuntlich, guthlich bith, E.H. wollen sich als die freundt in dieser itziger unser handlung, nichtsmynder dan vor alwegen von denselben beschehen, unbeschwerdt finden lassen, solche abschriften ingeheimb clerlich ubersehen, verlesen, vleissig bewegen und alsdann uns E.H. getreuen rathen (wie dieselben auss hohem, von Got verliehenem verstandt, wol zu thun wissen) mittheilen, auf das wir uns hierin gegen hahbenenter^{a)} ko.mt. unser hohen unvormeidlichen notturft nach unvorweisslich halten und uns unsren regalien, privilegien, begnadigungen, befreigung, rechten, gerechtigkeiten und andern kein abkurtzung ader schmeierung begegnen und widerfaren mocht, dann wir beforchten, wan die loblich Cron zu Polann etc. (des wir uns doch mitnichten versehen) in diesem gegen uns beharren und vorsetzen^{b)}, es wurd bey andern, die sich zu derselben zu thun gesindt, scheuw geben, wie dan E.H. als die hochverstendigen leichlich zu ermessen. Wollen uns aber zu E.H. unabeschlegig getrosten^{b)}, E.H. werden, wes uns und unsren underthanen in diesem und andern zum besten geraichen mag, an irem vleiss

nichts erwinden lassen. Das wollen wir umb E.H. und derselben verwandten mit kegenthat beweisen und freuntlich hinwider verdienen. Datum Konigspergk ut supra.

- a) *verbum correctum.*
- b) *sequitur expunctum:* getro.

N. 856.

E Regio Monte, 27.VI.1533.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae

rogat, ut Francisco Richter, civi Posnaniensi, debitores plures in Polonia, Lithuania, Russia et Prussia habenti, ad unius anni integri spatium salvi conductus litteras concedere velit, quo debitam sibi pecuniam a debitoribus recuperare et creditoribus quoque suis satisfacere possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 384-385.

N. 857.

E Regio Monte, 27.VI.1533.

Albertus dux in Prussia
Petro Stanislai Kiszka, castellano Trocensi et capitaneo Samogitiae, de controversiis inter subditos Magni Ducatus Lithuaniae, provinciae Samogitiae et Ducatus Prussiae sopiendis usque ad limitum controversorum revisionem et finalem determinationem.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 382-383.

De controversia^{a)} inter provintias Lithuaniae^{b)}, Samogithiae atque Borussiae.

S[alutem].

Magnifice et Generose.

Accepimus literas Magnificentiae Vestrae, quibus amicam suam et obsequiosam voluntatem tam officiose nobis offert, quam admodum clementi animo acceptamus. Et cum aliquandiu et diutius, quam iuribus nostris et subditorum convenit, fines inter Magnum Ducatum Lithuaniae, provintiam Samogithiae atque Ducatum nostrum Borussiae controversi^{c)} fuerint, neque tamen eam controversiam depactarum transactionum obscuritas aliqua faciat, sed nescio quis malus genius, qui vicinos non libenter permittit quiete vivere, nimirum cum verba regia ipsius transactionis, quae nomine limitum et finium inter utriusque districtus dominia depacta est, tam clara fuit, ut nisi a calumniatore aliquo in disputationem deduci et dubia reddi non queant, et quae primum Regiae Maiestati, deinde reliquorum procerum sigillis confirmata sunt, proinde de obsequiosa illa Magnificentiae Vestrae voluntate confisi petimus, ut si eo nomine ad eam deferatur, quod huic vicinitatis necessitudini et iuri contraire videri possit, non committat, ut

eiusmodi delatoribus statim credat, sed rem omnem cum ordine et diligenter nobis atque officialibus nostris significet. Insuper hanc controversiam limitum, tantisper cum negocium adhuc pendet, neque termini et limites revisi et denuo positi fuerint, quiescere faciat et perinde quasi sequestratum utriusque partis ius habeat. Id quod a Magnificentiae Vestrae praedecessoribus^{d)} cum officialibus nostris in eum modum conventum et pactum fuit, videlicet ut verba ipsarum transactionum probe intueri, adeoque pax et quies in hac vicinia conservari queat. Praeterea si reperti fuerint aliqui, quemadmodum hactenus saepenumero factum fuit, qui Regia Maiestate contempta temerariis suis ausibus potius quam iuribus et transactionibus indulgere presumant, non velit Magnificentia Vestra permittere, ut cuique quodlibet liceat. Imo si a capitaneis nostris contraitum fuerit, curare, ut ipsi ea in re adiuventur potius quam impedianter. Neque enim committimus, ut aliquid a nostris fiat, quod cum praefatis transactionibus pugnare possit, nihil aliud acturi, quam quod depactae transactiones iubent, fas et iura omnia, praesertim vero vicinitatis, permittant... Datae e Regio Monte, XXVII Iunii anno etc. XXXIII.

In initio epistolae in margine: Domino Petro Stanislai Kyska etc.

- | | |
|---|---------------------------------|
| a) <i>correctum ex:</i> controversia | c) <i>in ms.</i> controversae |
| b) <i>verba:</i> inter provintias Lithuaniae <i>alia manu</i> | d) <i>in ms.</i> praedecessores |
| <i>in margine.</i> | |

N. 858.

E Regio Monte, 27.VI.1533.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Szukajtis, tivuno Pojurenensi,

admonet eum iterum, ut Iacobo Grolock, subdito suo, omnia bona ei « contra aequitatem omnem, ius naturae et gentium » vi erepta et ablata, sine deminutione aliqua restituat et in posterum a tali temeritate abstineat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 379-380.

N. 859.

E Regio Monte, 27.VI.1533.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Szukajtis, tivuno Pojurenensi,

admonet eum, ut in futurum a suis iniquis et parum amicis erga subditos suos conatibus abstineat.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 380-381.

Nobilis dilecte.

Quamquam hactenus nihil moliti simus, quod cum initis inter Regiam Maiestatem et nos nomine Magni Ducatus Lithuaniae ac Ducatus Borussiae transactionibus atque diplomatis, tot sigillis confirmatis, pugnare queat, attamen certiores quotidianie reddimur, id quod non pa-

rum molestum est nobis, Dominationem Vestram plaeraque attentare, quae cum praefatis pactionibus et transactionibus minime quadrent. Proinde cum eiuscmodi temerarii ausus nobis et subditis nostris prorsus sint intolerabiles, admonemus vos et pro vicinitatis iure petimus, ut velitis in futurum a talibus inquis et parum amicis conatibus abstineremus, praesertim cum regiae depactae transactiones palam et expressis verbis hoc secum ferant atque adeo certam ac definitam finium et terminorum inter utramque provintiam faciant mentionem. Neque permittatis, ut Regiae Maiestatis honor et dignitas ad eum modum pro nihilo habeatur et contemnatur, ut interim nostrae existimationis atque eorum heroum, quorum sigilla adpensa sunt, nullam faciamus mentionem. Quod si secus factum fuerit, dabitur nobis ius nostrum et subditorum nostrorum contra vim et talem temeritatem propugnandi occasio. Id tamen quam utriusque parti huius viciniae^{a)} conveniat, vestro relinquimus iudicio. Porro cum nihil dubitemus, quin facturi sitis ea, quae ius et aequitas suadent, dabimus vicissim operam, ut Dominationi Vestræ pro clementia nostra gratificemur. Quam bene valere cupimus. Datae e Regio Monte, XXVII Iunii anno etc. 1533.

In initio epistolæ in margine: Nicolao Sukeytis, Regiae Maiestatis tribuno^{b)} in Poynesy.

a) *in margine pro expuncto in textu:* vicinae
b) *sic in ms.*

N. 860.

E Regio Monte, 10.VII.1533.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Iacobo Bartnicki, subdito suo, cum Ioanne Gumowski, subdito regio, controversiam habente, intercedit et rogat, ut rex subdito suo præcipiat, ne lite pendente agrum controversum serere ac metere audeat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 385-386.

N. 861.

E Regio Monte, 10.VII.1533.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
Nicolaum Nibschitz cum regiis mandatis ad se missum reverenter se accepisse nuntiat; nunc cum responsis suis eum ad regem remittit ac petit, ut ei rex fidem adhibeat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 386.

N. 862.

E Regio Monte, 10.VII.1533.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Vilnensi [Ioanni e ducibus Lithuaniae]
per Nicolaum Nibschtitz, a se ad regem redeuntem, per ditionem eius
transitum, eum salutat.*

(*Sub textu: In simili forma literae scriptae sunt Alberto Gastaldo,
Palatino Vilnensi.*)

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 386-387.

N. 863.

E Regio Monte, 10.VII.1533.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Camenecensi [Petro Gamrat]
edoceri desiderat de loco et die conventus commissariorum regis et
suorum, ad negotium regundorum finium expediendum deputato-
rum.*

(*Latine*)

Cfr. El. XXXV, N. 353.

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 387.

N. 864.

E Regio Monte, 17.VII.1533.

*Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
pro Barbara Vitkausche (in ms. Vitkausche) intercedit, ut ei termi-
num solvendi debiti prorogare velit.*

(*Germanice*)

Cfr. El. XLVI, NN. 68, 93.

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 116v.

N. 865.

E Regio Monte, 23.VII.1533.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao, capitaneo in Taurogi (in ms. Tauringen),
Christophorum Maltwitz, subditum suum, aliquot debitores in dis-
strictu eius habentem, commendat rogans, ut ei sic subveniat, «ut
id, quod ei debitum est, consequi possit».*

(*Sub textu: Pari modo scriptum est Stanislaw Marscalco Georgen-
burgensi [Szczepanowicz].*)

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 387-388.

N. 866.

E Regio Monte, 24.VII.1533.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

pro Paulo Hartmann, subdito suo, cui tutores Annae Michnowicz modis omnibus impediunt, quominus silva quadam in Lithuania empata libere uti possit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 116v-117.

N. 867.

E Regio Monte, 29.VII.1533.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtz

rogat, ut de Nicolai Szukajtis invasionibus, in ditionem suam Cleipodiensem factis, aliusque iniuriis ab eo subditis suis illatis, regi referat et instet, quo commissarii ad fines controversos stabiliendos quanto citius a rege nominentur.

(Germanice)

Cfr. El. XLVI, NN. 97, 98, 99, 100, 101.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 117-117v.

N. 868.

Hapsaliae in Livonia, 1.VIII.1533.

Gulielmus episcopus Osiliensis

Clementi VII pontifici Romano

rogat, ut Reinholdo Buxhövdēn, episcopo Osiliensi non confirmato, subpoena anathematis praecipiatur, quo a temerariis ausibus suis contra subditos dioecesis Osiliensis desistat.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 400-402.

Beatissime Pater.

Post supplicem pedum deosculationem Beatitudini Vestrae pacem, gaudium, incolumitatem atque omne bonum precor.

Accepi exemplar literarum, a Sanctitate Vestra cuidam Reinoldo nomine, praetenso electo Episcopo Osiliensi in Livonia, scriptarum. Ex quibus intellexi Sanctitatem Vestram iustis atque urgentibus rationibus motam esse, propter quas ipsi Reinoldo praecipit, ut a temerario suo instituto desistat meque eidem Ecclesiae tranquille praeesse permettat. Id quod tenor ipsarum literarum copiosius secum fert. Quo nomine Sanctitati Vestrae supplex gratias ago. Ego vero, nimirum qui ad eam Ecclesiam regendam postulatus sum, non sine magno animi mei dolore Sanctitati Vestrae significo eundem Reinoldum temerario suo ausu villas, pagos et nonnullas munitiones igne concremasse, mi-

seros subditos ferro trucidasse atque adeo nonnullas terras ipsius episcopatus hostili manu depopulasse, tametsi praefatas Sanctitatis Vestrae longe diversum praecipientes literas habuerit atque a Reverendissimo et Reverendo Domino Archiepiscopo Rigense¹⁾, Patre et Domino, Magistro praceptorum Ordinis Teutonicorum, vicino meo, adhortatus fuerit, ut nihil sinistri moliretur. Et quanquam satis iustas ad resistendum hominis improbitati caussas habuerim, nolui tamen committere, utcumque committente et naturali et civili lege, ut subditos mihi commissos ab iniuria vindicarem, partim ut Sanctitatis Vestrae potius auxilium implorarem, quam ut videar paria facere, partim vero ut seditionem evitarem, quae plerumque nemini magis quam ipsis innocentiae sollet esse formidabilis, nimurum a Domino Magistro²⁾ atque Ordine suo sic rogatus, partim etiam quia speravi prope diem futurum, ut a tam temerario suo incepto desistat, quandoquidem satis iustae ac tolerabiles conditions eidem oblatae sunt. Quod si neque iustis rationibus neque ullis conditionibus admoneri poterit, ut ab instituto suo desistere velit, fieri non poterit, ut hanc meis subditis illatam iniuriam multam abire permittam. Proinde quaeso Sanctitatem Vestram, non dedignetur eidem Reinoldo per literas sub anathematis poena praecipere, ut desistat, adeo ut si adversus tale mandatum inobediens ierit, statim atque ipso facto una cum suis consortibus et adhaerentibus excommunicationis sententiam incurrat. Praeterea velit Sanctitas Vestra praefatis Archiepiscopo, Episcopis, Magistro, Ordini atque reliquis statibus Livoniae mandare, ut me in eo negocio fideliter adiuvent atque temerarios hominis ausus grassari minime permittant^{a)}. Factura Sanctitas Vestra rem christiana tranquillitate dignam, subditis vero summe necessariam. Atque ego dabo operam, ut pro mea mediocritate Beatitudini Vestrae vicissim summis meis viribus inserviam... Datae Hapsal in Livonia.

In initio epistolae in margine: Clementi VII Pontifici Romano, Calendis Augusti.

a) *correctum ex: permittint*

1) *Thomas Schöning.*

2) *Valterus a Plettenberg.*

N. 869.

E Regio Monte, 7.VIII.1533.

Albertus dux in Prussia

episcopo Vilnensi [Ioanni e ducibus Lithuaniae]

*rogat, ut consorti suae equum gradarium, sibi vero cantherium mittat,
« quo uterque nostrum occasionem habeat Reverenda Vestrae Patriae
frequentius recordandae ».*

(*Sub textu: In simili forma scriptum est mutatis mutandis Duci Constantino [Ostrogski], Alberto Gastoldo et Duci Schlutzensi [Georgio Olelkowicz].*)

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 388.

N. 870.

E Regio Monte, 8.VIII.1533.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

notum negotium apud regem commode expediendum ei commendat.

(Schedula: duos equos regi mittit et rogat, ut duos iuvenes, filium burggrabi Regionontani [Martini Kannacher] unum et filium defuncti Anselmi Truchsess alterum, regi commendet).

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 118-118v.

N. 871.

E Regio Monte, 11.VIII.1533.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

consilium petit, an annexas litteras reginae Poloniae [Bonae] mittere debeat necne.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 118v-119.

N. 872.

E Regio Monte, 15.VIII.1533.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

de Stanislai Stephanowicz (vel Szczepanowicz), praefecti Georgenburgen-sis, erga se moliminibus et temerariis ausibus queritur et rogit, ut ei regina praecipiat, ne id amplius tentare audeat.

Cfr. El. XXX, NN. 106,107.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 393-395.

Serenissima Regina.

Accepi Reginalis Vestrae Maiestatis literas, quibus mihi querelam subditi et institoris sui, Generosi Stanislai Stephanowitz, significat, perinde quasi non ipse, sed officiales et subditi mei pocius huic controversiae atque querelae occasionem praestiterint. Primum Reginali Vestrae Maiestati suppliciter gratias ago, quod non est dedignata statim, simulatque propositionem Generosi Nicolai Nipschictz²⁾ audivit, eundem subditum officialem accersiri curare eo animo, ut si quid in mesive subditos meos delinquisset, severa in eum animadverteretur, tanquam reginalis mandati transgressorum. Deinde manifestum facimus Reginali Vestrae Maiestati, eundem Stanislauum ea omnia, quae coram Reginali Vestra Maiestate infinitatus est, mihi suis literis confessum esse, adeo etiam, ut id, quod molitus fuerit atque etiamnum moliatur, a Reginali Vestra Maiestate sic esse iussum. Et quanquam occasionem habuerim, nimirum ut privilegia et reliqua iura Ducatui conservarem, conniventibus oculis officialibus meis permittere, ut paria facerent atque ut Regnum Poloniae in hoc suo feudali iure nihil amitteret, quan-

doquidem ut id ipsum agerem, nempe feudatarius Princeps, Regiae Maiestati, consorti Reginalis Vestrae Maiestatis, Domino autem meo clementissimo et avunculo pientissimo, atque ordinibus amplissimi Regni conceptis verbis iuravi, nihil addubitans, Reginalem Vestram Maiestatem minime moleste laturam, si mei iurisiurandi atque ne Respublica ipsius Regni aliquid detrimenti pateretur, rationem habere potius maluerim, quam ut isti temerario perpetuo tandem quidvis liceret; neque tamen volui committere, ut Reginali Vestrae Maiestati ullam indignationis occasionem praestarem. Ex quo etiam Reginalis Vestra Maiestas pro sua prudentia facile colligere potest, cuius fidei haberi debeat hic homo, qui hoc stans, aliud sedens loquitur.

Postremo quod ad limites et ad totam controversiam adtinet, quae-
so Reginalem Vestram Maiestatem, ut velit subdito suo praecipere, ne
aliquid amplius moliatur, quod cum inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Regnum Poloniae una cum Ducatu Borussiae initis transactio-
nibus et pactis pugnare queat. Ego vicissim quoque praecipiā subdi-
tis meis, ut^{a)} tantisper dum haec lis pendet, nihil attentent, ut vel li-
mites transcendantur vel bona aliena occupentur, atque adeo ab omni
iniuria bona fide abstineant. Praeterea dignetur Reginalis Vestra Maiestas clementer mandare, ut hi fines cum^{b)} meis commissariis propediem
circumeantur, fines regantur atque limites ponantur. Neque enim tem-
tere committo, ut mea incuria huic Ducatui, quem in feudum accepī^{c)},
aliquid admatur. Ego dabo operam, ut si quid ad Reginalis Vestrae
Maiestatis honorem et dignitatem augendam et amplificandam faciat,
diligenter praestem atque sedulo... Datae e Regio Monte, XV Augusti
anno etc. MDXXXIII.

In initio epistolae in margine: Reginae Poloniae nomine Ducis Alberti.

a) *pro expuncto: et suprascriptum.*
b) *sequitur expunctum: cum*

c) *in ms. accipi*
z) *sic in ms.*

N. 873.

E Regio Monte, 15.VIII.1533.

*Albertus dux in Prussia
duci Slucensi [Georgio Olekowicz]
pro litteris missis et propensa animi voluntate sibi significata gratias
agit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, f. 389.*

N. 874.

E Regio Monte, 15.VIII.1533.

*Albertus dux in Prussia
Stanislao Zachariae Italicio (Włoszek)
quamquam maluisset, ut Italicius in aula sua sibi serviret, quam in cu-
ria regia retentus esset, attamen cum id iam statutum sit, rogat,
ut negotia sua in aula regia promovenda curet.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 389-390.*

E Regio Monte, 15.VIII.1533.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

*rogat, ut litteras suas, de Stanislai Szczepanowicz, praefecti Georgen-
burgensis, gestis ad reginam scriptas, reginae adferat; de Lithua-
norum inconstantia queritur; negotium controversorum finium in-
ter Lithuaniae et Prussiam regundorum promoveri petit; pro com-
municatis novis gratias agit.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 119-120.

An Nickell von Nybschitz den 15 Augusti 33.

Unsern grus zuvorn.

Erber und erenvester, lieber, getrewer.

Wir haben aus ko.mt. zw Polan etc., unser freuntlichen, lieben muh-
men und genedigen frawen¹⁾, desgleichen deynem schreiben, verstan-
den, mit was ungrundt und milder berichtung Stanislaus Stephanowitz
etc. und^{a)} unser underthan gegen irer ko.mt. seinen mutwil domit zu
vorgliempfen dargeben, des wir uns dan nitht wenigk beschweren. Und
haben darauf irer ko.mt. hirwiderumb des handels gruntlichen bericht
zugeschrieben gnediglich begerendt, dw wollest irer ko.mt. von unsert-
wegen den briff uberantwurten und mit guther geschickligkeit antzei-
gen, das ir ko.mt. gewisslich und entlich darfur halten sollen, wes wir
derselben mit schriften furgeben, das sicks mit der that vergleichen
soll und das wir uns wider ire ko.mt. ader derselben verwanten under-
than in dem wenisten, ob wir gleich des guth fug, recht und ursach
gehapt, nicht eylassen, sonder irer mt. durch unsere schriften antzai-
gen wollen mit bith, dieweyl man weiss, wes die Litthawenn fur leuth
sein, uns^{b)} neulicher zeit in unserm ampt Rangnith begegnet, das eyner
zw dreymall in unser gegenwerten eines dings zugestanden, pald wider-
umb vernainth und nachmals mit seinem eigenen briff und sigill über-
zeuget worden. Ir ko.mt. wolt doch denselben nicht also leichlich glau-
ben oder befall geben^{c)}, unser antwort zuvorn anhoren und bey irem
herrn helffen verfurdern, wie wir dan gleichfals bey unserm diener
Felixen von Aldenn geschicht.

Auch bitten, damit die irrigen grenitz zwischen Lithauenn und
Preussen zum furderlichen zu vorhueten allerley unraths besichtigt und
gegangen werden. Aldo wirt sich allerley und der grundt befinden,
wer recht oder unrecht^{d)}, und wellen sopald uns von jenem orth, wie
dw waist, uberantwort gefelt ko.mt., der wir uns in alweg unthertenig-
lichen zw dienen schuldig erkennen, erbieten uns auch darzw willig
unseumblichen zu fertigen. Desgleichen sollen die briff, deynem bitten
nach, dahin sie weysen, uberschickt werden.

Der zugeschicken neuen zeitungen thun wir uns in genaden be-
dengken und wollest uns^{e)} oftmals durch andere solche und dergleichen
zuschreiben lassen, dan es ist unvonnoten, das dw uns alwegen,
was solch geringes anlangt, eigener handt schreibest.

Und tragen neben unser freuntlichen, lieben gemahel²⁾ deynere schwach-
heit mit dyr ein genedigs mitleiden und khonnen dyr dobey gnediger
meynung nicht bergen, das wir durch schickung Gottes mit schwach-
heit und wehetag des ruckens beladen. Achten, unser viel und hart
postirung wil sich allerersten eraugen. Gott helff^{f)} uns von beden they-

len widerumb zur gesuntheit. Und haben dir solchs auf dein schreiben
in antwurt vormelden willen, dan dyr mit gnaden sindt wir gneigt.
Wollest dem herrn von Premessell³⁾, unserm besondern lieben freunth,
von unsertwegen unser freuntlich dienst und alles gutts ansagen. Da-
tum Konispergk ut supra.

- a) in ms. bis scriptum.
b) in ms. bis scriptum.
c) sequitur expunctum: und.
d) sequitur expunctum: dahin sie.
e) sequitur expunctum: ost.
f) sequitur expunctum: vor.
1) *Bona*.
2) *Dorothea*.
3) *Ioannes Chojeński*.

N. 876.

E Regio Monte, 16.VIII.1533.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae

*pro Ioachimo Bier, cive Regiomontano, intercedit, ut relictam a de-
mortuo avunculo suo, Simone Mebes, aurifice et cive Vilnensi, he-
reditatem « sine magno labore... adire et bona hereditatis acqui-
rere possit » (qua in re timet, ne a reicta vidua, affine sua, impe-
diatur).*

(Sub textu: Eadem forma scriptum est mutatis mutandis consuli-
bus et Senatui Vilnensi, Domino Gastoldo).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 390.

N. 877.

E Regio Monte, 16.VIII.1533.

Dorothea dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae

*petit, ut Nicolao Nibschatz, a consorte suo duce Alberto ad regem
misso, suo quoque nomine fidem adhibeat (« cui quoque mentem
nostram Regiae Maiestati Vestrae aperiendam commisi »).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 393.

N. 878.

E Regio Monte, 16.VIII.1533.

Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae

*a Nicolao Nibschatz sibi litteris significatum esse de propensa eius re-
ginali erga se voluntate nuntiat et rogat, ut eadem reginali clemen-
tia se prosequi perget ipsique Nibschatz, cui nonnulla alia ei per-
ferenda commiserat, fidem adhibeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 391.

N. 879.

E Regio Monte, 16.VIII.1533.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisliensi [Ioanni Chojeński]
rogat, ut negotia sua apud regem promovere studeat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 347.

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 392.

N. 880.

E Regio Monte, 17.VIII.1533.

*Albertus dux in Prussia
Georgio Radziwiłł, castellano Vilnensi,
Felicem ab Allen (vel Alden), ministrum suum, certa quaedam negotia
ei propositurum ad eum mittit et orat, ut benigne audiatur ac in
omnibus credatur.*

(Sub textu: In simili forma literae scriptae sunt: Petro Kyska
[Kiszka], Iohanni Lebowitz [Hlebowicz], Iohanni Zabiezinsky [Za-
brzeziński], ad Episcopum Premisliensem [Ioannem Chojeński]).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 396.

N. 881.

E Regio Monte, 21.VIII.1533.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
pro Nicolao John (in ms. Jhon), subdito suo, cive Regiomontano, a quo
Erasmus Eustachius, « publicanus et officialis in Cauen », insueta
et nova telonea extorsit, rogat, ut praefatum publicanum admoneat,
ne amplius eiusmodi iniquas exactiones extorquere audeat et sub-
ditus suus « hac depilatione ad extremam egestatem non redigatur
atque initis pactis et transactionibus minime contra eatur ».*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 396-397.

N. 882.

E Regio Monte, 21.VIII.1533.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschtz
pro Nicolao John (in ms. Jhonn) intercedit et rogat, ut negotia eius
apud regem promovere studeat; queritur de Erasmo Eustachio,
teloneatore Caunensi, qui nova et insolita telonea a subditis suis
nuntiat de mandato, execuctionem banni imperialis contra se lati iniungente, ante elapsum terminum suspensionis eiusdem banni a iudicio Imperialis Camerae edito; rogat, ut a rege impetrare studeat, quo hac in re ad imperatorem, regem Romanorum, principes, ordines et civitates Imperii litterae mittantur.

Cfr. El. XLVI, N. 116.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 155-156.

Ann Nickell von Nybschitzen den 3 Januarii anno etc. 1534.

Nachdem an uns warhaftiger bericht gelangt, das auf des vermeinten administrators des hochmeisterampts Teutschordens¹⁾ und seyner mitvorwandten embsig anhalten und practiciren ein executorial voriger vorgemeynter acht auf alle und yde underthan unsers belehnten her-

tzogthums Preussen wider vorige romischer kay. und. ko.mt.²⁾ gegebenne freuntliche, gutliche antwort und abschiede, so uff des durchleuchtigsten, grossmechtigen fursten und herrn, herrn Sigismunden, konig zu Polen etc., unsers gnedigsten und freuntlichen lieben herrn und ohems, desgleichen der loblichen Cron zu Polen etc. vleissige bearbeitung, instendig anregen und gepurlich exception mit suspendirung und aufhebung solcher acht uff zwey jar lang bescheen vom keyserlichen camergericht zu Speyer den sybenundzweintzigsten tag Augusti vorschienes jars auspracht, und aber solhs sowol hochgedachter ko.mt. und der loblichen Cron zu Polen als uns zu hoher vorcheynung gereicht, seindt wir verursacht worden dasselbige seyner ko.mt. aus phlichtigem gehorsam zu eroffnen und derselben ko. rathes und anders hierauf zu bieten, und demnach ein instruction an sein ko.mt. auf dich stellen lassen, welche wir dir hiemit teutschs und lateynisch sampt eyнем credantz und eyner abschrifft solhs oberurten executorialmändats zuschicken, gnediglich begerende, du wollest unbeschwerdt sein, dieselbige an hochgemelte^{a)} ko.mt. mit allem getreuen vleiss zutragen und erstlichen umb den koniglichen gnedigen rath volgents die schriften an unsere undterthan, nichtsweniger an romische kay. und ko.mt., churfursten und stende des Reichs, desgleichen die umbligenden fursten der Schlesien, kaufleut, factoren und furnembste gewrbstedt, sonderlich auch Leyfflandt, dermassen wie die beyligende lateinische copien und die instruction clerlich mitbringen zu sollicitiren und anzuhalten etc. und derwegen auch dich nit bevielen lassen, die teutsche instruction einmal oder etlichs mit vleiss zu überlesen, damit solche yetz berurte schriften umb sovil dest bass derselben instruction gemess gestelt werden, damit unsere undterthan nit zusagen, so man mit briefen nichts thun, was man den in ander wege thun wolt.

Dieweyl wir dan mehrmals durch des erwirdigen in Gott, unsers besondern geliebten freundes, herren Johann, bischofen zu Primisall³⁾ etc., auch dein schreiben vorstendigt und vormerckt, das uns sein 1. zu dienen gantz geneigt und uns dieselb yetze in dieser sachen sonderlich in vorfertigung oberzelter schriften nit wenig dienen konnen, ist unser gnedigs begeren, du wollest von unsernwegen bey seyner 1. hierin vleissige anregung thun und seins rats auch in solchem thun geprauchen mit angeheffter freuntlichen bitten, dieselb wolten sich der muhe und arbeit nit beschweren, sonder dermassen, die unser hoher vertrauen zu seiner 1. steht, alles freuntlichen willens erzaigen. Wollen wir gegen derselben hinwiderumb in aller freuntschaft zu beschulden nit vergessen.

Und ob du befundest, das ko.mt. in abfertigung solcher oberzelter schriften des uncostens halben eyniche beschwerdt tragen und haben wolt, wollen wir denselben gern auf uns nemen, unser ko.mt. widerumb erstatten und erlegen etc.

So es sich dan auch zutragen thet, das hochgedachte ko.mt. den herrn bischoff von der Wilna⁴⁾ und herrn Gastoldenn⁵⁾ zu beratschlagung solhs handels fordern, zu sich ziehen und geprauchen wurde, haben wir auf ein fursorg zwen credantzbrief an dieselbige auf dein person gestelt, die wir dyr auch hieneben ubersenden. Im vall der notdurft zu überantworten und zu geprauchen habest; wo nit, dem feur zu bevelhen. Und wollen gar nicht zweifeln, du werdest hierin alles das, so ymmer moglich, vortzustellen und mit vleiss auszurichten

vonnoten, auch inhalts der instruction zu vorfordern helffen, an dyr nichts erwinden noch mangeln lassen. Seindt wir urputig gegen dir in allen gnaden zu vorgleichen. Datum, ut supra.

a) sequitur expunctum: die
1) Valterus a Cronberg.
2) Carolus V et Ferdinandus I.

3) Ioannes Chojeński.
4) Ioannes e ducibus Lithuaniae.
5) Albertus Gasztold.

N. 935.

E Regio Monte, 7.I.1534.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*pro Achatio Czema (Zemen), castellano Gedanensi, cui Stanislaus Ko-
stka a Stangenberg, terrarum Prussiae thesaurarius, « tres pisca-
tores in Külenborn ditionis Christburgensis adimere et ditioni Ma-
rienburgensi subiicere molitur ».*

*(Sub textu: In simili forma mutatis mutandis scriptum est Episco-
po Cracoviensi [Petro Tomicki]).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 424-425.

N. 936.

E Regio Monte, 7.I.1534.

Albertus dux in Prussia

episcopo Premisiensi [Ioanni Chojeński]

*rogat, ut Nicolao Nibschatz, quem certis in gravibus ac urgentibus ne-
gotiis ad regem mittit, consilio et auxilio adsit.*

*(Sub textu: Pari modo scriptum est mutatis mutandis Episcopo
Wilnensi [Ioanni e ducibus Lithuaniae], Domino Gastolt).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 424.

N. 937

E Regio Monte, 28.I.1534.

Albertus dux in Prussia

Alexandro Chodkiewicz (in ms. Chotzikovitz)

*ministrum eius diutius apud se retentum remittit et rogat, ut eiusmodi
dilationem boni consulat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 426.

N. 938.

E Regio Monte, 14.II.1534.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro subditis suis, civibus «trium civitatum: Montis Regii Veteris, Kneiphof et Lebenicht», qui in Samogitia et Lithuania insuetis exactioribus a praefectis teloneorum gravantur, intercedit et rogat, ut ab eiusmodi insolitis oneribus, «contra initas transactiones tentatis», liberentur.

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 437-438.

N. 939.

E Regio Monte, 14.II.1534.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de Michaeli Połubiński, ducis Ioannis Połubiński filio, in aulam suam, iuxta regis desiderium, libenter accepto nuntiat; pro legato in negotio fratris sui Gulielmi marchionis in Livoniam misso et pro benevolo regio erga se animo gratias agit; rogat, ut commissarii regii ad negotium terminandorum limitum inter M. Ducatum Lithuaniae et Ducatum Prussiae nominentur; pagum Coadiutem (Koczyce) ad provinciam suam Prussiae semper pertinuisse affirmat.

Cfr. El. XXX, N. 110.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 427-430.

Serenissime Rex.

Ex Regiae Vestrae Maiestatis literis intellexi primum eiusdem propensam animi sui et plam erga me voluntatem, deinde clementem gratiarum actionem, subditi officii mei et debitae admonitionis secreto per Nicolaum Nipschitz factae, nihil diffidens, Regia Vestra Maiestas, quin id, quod bona fide incepi, pro debito meo obsequio perfecturus sim, nimirum ut hoc, quod subditum et obsequentem Principem vasallum decet, videlicet quod ad Regiae Vestrae Maiestatis honorem amplificandum^{a)} faciat, diligenter praestem atque sedulo. Ego, Serenissime Rex, existimo hanc graciarum actionem prorsus esse supervacaneam. Nam quantum in me est, plane puto, quidquid ad incrementum Regiae Vestrae Maiestatis et amplissimi Regni pertinere potest, nihil debere in me prorsus desyderari. Caeterum quod et ad alias Regiae Vestrae Maiestatis literas attinet, accepi Illustrem Dominum Michaelem, Ducus Iohannis a Polubeni¹⁾ filium etc., grato admodum animo et datus sum operam, ut Regiae Vestrae Maiestatis intuitu et iussu eundem satis pro dignitate tractem^{b)}. Tametsi talem me non esse sciam, cui cuiusmodi conditionis et status homines inserviant, id acturus, ut eum amici potius quam ministri loco habeam atque ut Regia Vestra Maiestas intelligat, me eiusdem iussibus pro virili mea obsequi et obtemperare. Suplices Regiae Vestrae Maiestati gratias agens, partim quod se in negociis fratris mei germani Guilhelmi, Coadiutoris archiepiscopalis sedis Rigensis et Postulati Osiliensis, Marchionis Brandenburgensis etc., sua legatione in Livoniam, partim vero quod se erga ea, quae nobilis

Nicolaus a Niptschitz Regiae Vestrae Maiestati nomine meo obtulit, tam clementem exhibuit. Cuius clementis et regii animi in futuro et instanti provintiae meae publico conventu facturus sum admodum diligentem ac honorificam mentionem atque suppliciter promereri studabo.

Serenissime Rex.

Cum propter alia Magni Ducatus Lithuaniae negocia statutum et praefinitum tempus limitum inter eundem Magnum Ducatum Lithuaniae et meam provintiam Borussiae hoc anno terminandorum in aliud tempus dilatum fuerit, utcumque longe maluerim ego, ut iam antea hoc dissidium atque hae controversiae definitae ac decisae fuerint, nimirum ut multis litibus et dissensionibus contra itum foret atque adeo amplissimum Poloniae Regnum et ego tantum detrimenti et incommodi non paterer^{c)}, quaeso Regiam Vestram Maiestatem suppliciter, ut pro regia sua sapientia et pietate dignetur cum ordinibus amplissimi Ducatus Lithuaniae hoc negocium in eum modum, priusquam eadem egrediatur, temperare, ut e Regno Poloniae certi quidam atque huic negocio non adhaerentes commissarii deputentur, ea quae Regia Vestra Maiestas iam antea clementer pollicita est, praesertim vero cum Regiae Vestrae Maiestatis consortis, Dominae meae clementissimae²⁾, praefectus in Georgenburck³⁾ ex eius Maiestatis iussu, quemadmodum ipse affirms, pagum Coadiutem temere vendicat, qui pagus hactenus ad provintiam Borussiae omni iure pertinuit atque pacifice possessum fuit, id quod literae transactionis inter utrumque Ducatum conscriptae et tot sigillis firmatae laciis docere possunt, exceptis iis, quae vetus Castellanus in Samogithia⁴⁾ ut et temerario ausu proxime praeterito bello usurpavit, proinde velit Regia Vestra Maiestas me consueta regia clementia et pietate prosequi atque apud Reginalem Maiestatem hoc curare, ut quantum ad hunc pagum Coadiutem adtinet, nihil vel iuris vel possessionis amittam, adeo ut nemo non intelligat, praesertim vero subditi mei, clementem Regiae Vestrae Maiestatis erga me animum agnoscant. Nihil diffidens, quin Regia^{d)} Vestra Maiestas me hoc pago Coadiutem clementer dignaretur, etiamsi nihil in eo vel dominii vel iuris vel possessionis haberem, id tamen quod spero me diplomaticis regiis probaturum, quemadmodum ego in hoc casu perinde quasi a tali clementia profectum grataanter^{e)} accipio non aliter, quam ii, qui non solum pagis, sed certis etiam terrarum portionibus ex regia benignitate donantur. Protestans in praesentiarum me his meis literis nihil iuris remissurum, suppliciter rogans Regiam Vestram Maiestatem, ut dignetur his meis precibus, partim ut multis discordiis occurratur, partim propter enumeratas caussas et rationes, pro solita sua clementia locum praestare. Ego dabo operam, ut nunquam alias quam subditus et obsequens Regiae Vestrae Maiestatis Princeps vassallus inveniar... Datae e Regio Monte X^{IIII} Februarii anno etc.

XXXIII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae.

a) in ms. amplificandam

2) *Bona.*

b) correctum ex: trectem

3) *Stanislaus Szczepanowicz (vel Stefanowicz).*

c) in ms. paterem

4) *Stanislaus Janowicz Kiežgajlo, cap. Samogitiae.*

d) sequitur expunctum: Regia

e) correctum ex: gratantur

1) *Polubiński.*

N. 940.

E Regio Monte, 14.II.1534.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro Georgio Klingenbeck, capitaneo suo Memelensi, intercedit, contra quem a communibus commissariis regiis ac suis iniusta quaedam sententia lata est.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 430-431.

N. 941.

E Regio Monte, 14.II.1534.

Albertus dux in Prussia

Adalberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, de termino regundorum finium inter M. Ducatum Lithuaniae et Livonię ob saevientem pestem dilato; de multis incommodis ex dilatatione termini finium inter M. Ducatum Lithuaniae et Ducatum Prussiae regundorum orituris; de pago Coadiuton (Koczyce) semper ad Prussiam pertinente; de iuvene Michaeli Połubiński «obviis ulnis» in aulam suam accepto.

Cfr. El. XXXV, N. 371.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 434-437.

Magnifice ac Generose.

Quod foelicissime nobis et nostris omnibus omnia successura simul et sanitatem Magnificentia Vestra precatur, agimus gratias ingentes et maximas, daturi operam, ut oblata olim occasione referamus. Est autem firmissimum amicitiae nostrae mutuae signum et robur, quando intelligimus^{a)} Magnificentiam Vestram in eum modum erga nos affici, ut haud gravatim faciat, quae contigerint nostra causa agenda. Quae scribit Magnificentia Vestra de terminis Magni Ducatus Lithuaniae et Livoniae provintiarum, profecto consilio admodum prudenti dilata fuit usque in tempus aliud propter morbum illum pestilentiae contagiosum. Quanquam necessitas postulat, ut hae controversiae limitum prope diem deciderentur^{b)}. Proinde censemus, ut fidelissimus Serenissimae Maiestatis Regiae Poloniae, Domini nostri clementissimi et avunculi nostri charissimi, ne quid decadat provintiis Magni Ducatus Lithuaniae, ut quanto citius^{c)} fieri possit, limites circumeantur et terminentur. Nam cum statim palam fiet non parva et modica esse detracta de provintiis Magli Ducatus Lithuaniae^{d)}.

Quae vero ad terminos provintiarum Magni Ducatus Lithuaniae et Borussiae adinent, quae sunt et ipsa dilata aliis negotiis intercurrentibus, concedendum est tempori, quanquam multo libentius vellemus, ut in finem omnia ducerentur ad vitandas varias et multas dissensiones. Nam certo comperimus ex tali dilatione multa et varia incomoda oriri quotidie, et ne possit dici iuxta vetus verbum: saepe transacta infirmioris fidei esse signa. Ex quibus omnibus praedictis multa possent oriri incomoda utrisque partibus.

Praeterea que Reginalis Maiestas, Domina nostra clementissima¹⁾, pa-

gum Coadiutem sibi vendicat, qui tamen pagus, ut diplomata simul et novi habiti tractatus inter Magnum Ducatum Lithuaniae et terras Borussiae testantur clarissime, semper incorporatus fuit Borussiae. Postremo quod in districtu Mamel et in aliis quoque finitimis locis pleraque accidunt incommoda. Talibus et multis aliis a nobis diligenter expensis, amice petimus, ut Vestra Magnificentia ea dignetur et velit propone Dominis confratribus et consiliariis Serenissimae Regiae Maestatis etc. atque diligentि vigilantia curare, ut quantum possibile est finiatur et perficiatur negocium terminorum et finium, ut, quod iuris nostri est, sine impedimento pacifice retineamus et possideamus et ammodo non tam multis laboribus et incursionibus fatigemur. Hoc plane studium pacis et amorem hunc Vestrae Magnificentiae in nos, ut ut nobis possibile, magnis favoribus prosequemur.

Missum ad nos Illustrum Principem Dominum Michaelem²⁾ obviis accepimus ulnis. Et sane nos indigniores aestimamus et agnoscimus, quam ut eiusmodi status proceres nostrae aulae mancipentur. Ut tamen facto experiatur^{d)} Magnificentia Vesta, quali quantove eum amore^{e)} prosequamur, praedictum Illustrum Principem Michaelem nostrae aulae adscivimus, inspectis Magnificentiae Vestrae et aliorum Dominorum literis et desideriis, cui quidquid poterimus benevolentiae et consilii praestare, faciemus illud libentissimis et promptissimis animis, ut intelligat Magnificentia Vesta nos in nullo petitionibus eiusdem defuturos et experiatur quoque Illustris Princeps Michael commendationem Magnificentiae Vestrae illi et profuisse et olim prodesse... Datae e Regio Monte XIIIII Februari anno etc. XXXIII.

In initio epistolae in margine: Domino Adalberto Gastoldo.

- a) sequitur eqpunctum: sic
b) correctum ex: desiderentur
c) in ms. ticius
d) correctum ex: experiretur
- e) in ms. amorem
z) sic in ms.
1) Bona.
2) Potubiński.

N. 942.

E Regio Monte, 14.II.1534.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni e ducibus Lithuaniae, episcopo Vilnensi,
pro diligentia in promovendis negotiis fratris sui Gulielmi marchionis
adhibita et pro Christophoro a Gersdorff opera eius cum litteris
regiis in Livoniam misso gratias agit; in causa pagi Coadiutem
(Koczyce) apud reginam et utrumque regem intercessionem suam
expedit.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 439-441.

Reverende in Christo Pater etc .

Significavit nobis nobilis Nicolaus a Nipschitz, regius aulicus et consiliarius noster, suis literis referendo, Paternitatem Vestram fratris germani nostri Guilhelmi etc. negotia apud Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum et avunculum pientissimum, magna diligentia promovisse eaque sine illa fortassis infecta permanissent, adeoque ut eandem²⁾ Regia Maiestas cubicularium suum, nobilem N. a Gersdorf, in

Livoniam ad ordines provintiae cum satis officiosis ac diligentibus li-
teris delegaverit. Preterea quod Reverenda Paternitas Vestra nostro no-
mine omnem moverit lapidem. Accepimus insuper ex Reverendae Pater-
nitatis Vestrae literis eiusdem non solum amica et fraterna officia, ve-
rum etiam id, quod non sine verecundia legere potuerimus, obsequen-
tem etiam et subiectam voluntatem, agentes Reverendae Paternitati Ves-
trae amicas gratias, daturi operam, ut ea ratione Reverendae Paternitati
Vestrae summis nostris viribus non solum pares, sed longe maiores
gratias data quavis oportunitate vicissim referamus, nihil addubitantes,
quin hoc, quod Reverenda Paternitas Vestra in rem praefati fratris ger-
mani nostri atque nobis hactenus fecit, factura sit sedulo atque dili-
genter.

Quod autem ad negocium pagi Coadiutent adtinet, quod coram Reginali Maiestate¹⁾ etiamnum contravertitur^{a)}, nihilque responsi datum est nobis. Rogamus Reverendam Paternitatem Vestram amice, ut velit nostro nomine et ut discordiis et litibus obviam iri queat, apud Reginalem et Regias Maiestates atque coram ordinibus amplissimi Ducatus Lithuaniae eas vias inire, ut clementi responso prope diem dignemur atque adeo praefatum pagum, Coadiutent nimirum, iure nostro pacifice et sine molestia uti frui possimus. Neque enim ignoramus Regiam Maiestatem solitam nonnullis tales terrarum portiones pro clementi benignitate largitam esse^{b)}. Proinde nihil diffidentes, quin eo pago nos dignaretur, etiamsi nihil iuris in eo haberemus. Tantum abest, ut timeamus nobis id, quod e iure civili et naturali nostrum est, nobis adimatur praesertim cum simus parati Regiae Maiestati atque Magno Ducatu Lithuaniae summis nostris viribus et inservire et commodare, maxime vero, ut nostris subditis et nemini non palam fiat apud Regias et Reginalem Maiestates atque proceres amplissimi Ducatus nos^{b)} aliquid potuisse. Hoc etenim, quantum nobis est possibile, in votis habemus, ut nemo non subiectam nostram voluntatem erga Regias Maiestates luce meridiana clarius perspiciat, nos^{c)} non^{d)} libenter passuros^{e)}, ut quidquam (quod boni vasalli officium est) de iure iusticiaque nostra atque adeo de Regiae Maiestatis et Regni Poloniae feudali iure et privilegiis detra-hatur. Non ambigentes, quin Reverenda Paternitas Vestra id, quod in rem nostram erit, sit promotura, ut voti compotes fieri queamus. Nos vicissim dabimus operam, ut quidquid ad Reverendae Paternitatis Ves-
trae commodum ac honorem augendum et amplificandum faciat, diligenter praestemus atque sedulo, id quod Reverenda Paternitas Vestra sibi de nobis sine controversia persuadere velit... Datae e Regio Monte X^{IV} Februarii anno etc. XXXIII.

Sub textu: In simili forma mutatis mutandis ad Dominum Petrum Opo-
litzky.

In initio epistolae in margine: Ad Episcopum Vilnensem.

a) partim in margine.

b) in margine pro expuncto in textu: ut

c) supra lineam.

d) sequitur expunctum: tamen

e) in margine pro expuncto in textu: pas-

suri

z) sin in ms.

1) Bona.

N. 943.

E Regio Monte, 14.II.1534.

Albertus dux in Prussia

*Georgio Radziwill, castellano Vilnensi,
pro opera apud ducem Masoviae [Annam], eius ex sorore neptem, iuxta
desiderium suum praestita, gratias agit, amicitiam et officia sua
offert.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, NN. 368 et 374.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 426-427.

N. 944.

E Regio Monte, 14.II.1534.

Albertus dux in Prussia

*Petro Opaliński, regis Poloniae iunioris curiae magistro,
filios Martini Kannacher (Cannacher), burggravii Regiomontani, et An-
selmi Truchsess (Trucksess), in aulam regiam olim a se missos,
commendat et rogat, ut de eorum educatione et institutione curam
habeat.*

(Germanice)

Cfr. El. XXXV, N. 375.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 156-156v.

N. 945.

E Regio Monte, 14.II.1534.

Albertus dux in Prussia

*Georgio Olelkowicz duci Slucensi
de bona valetudine eius gaudet; excusationem de equo Turcico non mis-
so acceptat; Michaeliem Połubiński, ducis Ioannis Połubiński filium,
se in aulam suam libenter suscepturum esse promittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 433-434.

N. 946.

E Regio Monte, 14.II.1534.

Albertus dux in Prussia

Stanislaw Zachariae Italicio (Włoszek)

*pro litteris, propensam erga se voluntatem, « tanto verborum ornatu »
significatam, experimentibus, gratias agit et rogat, ut negotia sua in
aula curet et episcopo Premishlensi [Ioanni Chojeński] eum com-
mendet; annuam pensionem, ne perpetuo gratis sibi serviat, ei pro-
mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XLVI, N. 119.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 438-439.

N. 947.

E Regio Monte, 14.II.1534.

Albertus dux in Prussia

Martino Sobranski (?)

*pro novitatibus de obitu magni ducis Moscoviae [Basilii III Ioannidis]
gratias agit; amicitiam suam cum avunculo eius, Christophoro Szydłowiecki,
commemorat et sperat eum etiam bonum amicum sibi fore.
(Latine)*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 431-433.

N. 948.

E Regio Monte, 18.II.1534.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

*de 5 epistolis acceptis; de promisso sibi exemplo tractatus pacis inter
Lithuaniam et Livoniam initiae; de Christophoro a Gersdorff in re-
bus marchionis Gulielmi a rege in Livoniam misso; de Georgii
Radziwill mediatione in causa matrimonii Annae ducis Masoviae; de
studio Nicolai Nibschatz in comparanda sibi amicitia procerum Li-
thuanorum; de commodis ex proposito a se matrimonio filiae regis
[Hedvigis] cum magno duce Moscoviae manaturis; de legato in Mo-
scoviam mittendo; de negotio villae Koczyce et de episcopi Vilnensis
ea in re et in negotio marchionis Gulielmi studio et benevolentia;
de episcopi Premisiensis aegritudine; de protestatione contra ban-
num imperiale facienda; de Achatio Czema infidelitatis erga regem
suspecto; de Petri Opaliński in negotiis suis studio; de Stanislaw
Italicio epistolarum suarum ad regem interprete latino; et alia.*

(Germanice)

Cjr. El. XLVI, NN. 112, 113, 115, 116.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 156v-162v.

N. 949.

E Regio Monte, 18.II.1534.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

*de die conventus commissariorum ad regundos fines deputatorum dila-
to dolet; mittit relationem de commissariorum suorum conventu in
Święta recens peracto; in negotio puniendorum subditorum suorum
in confiniis habitantium ad edicta regia appellat et asserit eos se-
cundum iura in Ducatu suo, non in Magno Ducatu Lithuaniae, vi-
gentia esse puniendos.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 163-164v.

Ann Nickell Nybschitz den 18 Februari anno 34.

Unsern grus zuvorn.

Erbar und erenvhester, lieber, getrewer.

Nachdem die grenzen zwuschen dem grossfurstenthumb Litthauen
und hertzogthumb Preussen diets jhar umb der leifflendischen grenit-

zen und andern vorfallenden wichtigen gescheften willen biss auf ein andere zeit aufgeschoben, wiewol wir (zu vorhueten allerlei hader und zancks auch vielerlei nachtheyl an der^a) loblichen Cron Poln rechten und uns an unsren belehnten landen) viellieber gesehen, das sie geortert. Doch wie dem, so ist unser gnedigs gutlichs begeren ,du wollest bei koniglicher mt. zu Polann etc., unserm gnedigsten herren und freuntlichen, lieben ohemen, vleissigg sollicitirn und anhalten, auf das sein ko. mt. (als wir dan hiemit gleichfals untherdeniglich und mit vleis bei ihrer mt. auch bitten) nachmals eher dieselb sich auss Lithauen begaben, mit den loblichen stenden doselbst verlassen und gnediglich^b verfuegen wolle, domit neben den lithauischen auch andere unpartheyische commissarien aus der Cron Poln (wie dan sein ko.mt. zuvorn mit allen gnaden zugesagt) zu solcher grenitz verordent und aufs jhar aus oberzelten ursachen und nachtheill gewislich gegangen werde, auf das der loblichen Cron Polnn an irem ius und gerechtigkeit, und uns an unsren lehen, landen und leuthen nichts entzagen, sonder die hendel unpartheysch geortert und wir in fride und ruhe gesetzt werden mochten.

Und dieweil dann abermals die handlung clagen und geprechen beiderseytzs unterthan uff nechster zusammenkunft Trium Regum zu Schwentay und andern ortern der grenitzen durch ko.mt. und unsere verordente comissarien furgenommen, auch wes nach verhör der clagen allenthalben fur abscheidt darauf gefallen und warauf der handel bissher beruhet, haben wir dyr solche handelung, wo in ander gestalt davan geredt oder aber ko.mt. das widerspill, wiewol zu vormutten, eingebildet wolt werden, der nodturft nach zum gegenbericht zu gebrauchen und dasselbtige, sovil ymmer moglich, abzuleynen hettet etc., hiemit schriftlich verfasst zuzeschicken, nicht undterlassen wollen.

Als aber in einem artickel des 12 blats durch die konigliche comissarien erkant, das unsere arme undterthan, so zu peinigen zur Ligk auf etlicher ko.mt. undterthan anclagen eingesetzt, durch eigentliche besichtigung und erkundigung irer unschuld, das sie mehr genugsam gemartert und dweil befunden, das sie nichts bekant, haben unsere comissarien wegen der armen leut umb gepurlichen rechtlichen abtragk gebeten. Warauf die konigischen angezaigt, das in dem grossfursten-thumb Lithauen dieser geprauach sey, wo man einen paueren martert, sovilmal er angezogen und gepeinigt wurdt und nit bekent, so oft muss man ime funftzig groschen geben. Uff solhs unsere comissarien vermeldet, das es alhie in Preussen die recht vil anders vermochten und deshalbem umb rechtlichen abtrag abermals gebeten. Inmassen dan am 13 blat weyter clar ausgedruckt. Demnach ist unser gnediges begeren, du wollest solches ko.mt. im grunde berichten und daran sein, das sie den armen leuten nach dieses landes gebrauch, rechts und gewonheits geburlichen abtrag thun etc. Zum andern, dieweil sich unser heuptman zur Mymmel Georg Clingenbeck etc. eines sentenz oder urteils, so ausserhalb seines beiwesens ergangen, beschwerdt und derwegen an ko. mt. und^c uns appellirt und supplicirt etc., nu ist uns an dem widergeben der ochsen nicht hoch gelegen. Ficht uns auch der comissarien sentenz so sehr nit an, sonder haben hierinne das bedencken, wo man solchs hingehen liess, das die leuth des koniglichen theils hinfuro umb sovil dest mehr so grosserm dergleichen freuntlichen, mutwilligen begynnen gesterckt und gereytzt werden mochten, solchem aber zuvorkomen und damit gute nachparschaft, frid und eyngigkeit beiderseits unterthanen erhalten. Auch ko.mt. des handels waren bericht empfahen moge, so wol-

lest seiner ko.mt. diese beyligenden brief sampt ingeschlossener suppli-
cation obgedachts unsers heuptmans überantworten und dir die sachen
mit hochstem vleiss zu verfurdern, auch was unbillichs und anders, dan
diese handlung an ime selbss ergangen ist an ko.mt. deines wissens ge-
langen wurde, dasselbtige abzuleynen getreulichen lassen bevolen sein.
Das seindt wir in allen gnaden gegen deiner person zu erkennen geneigt.
Datum Konigspergk den 18 Februarii anno etc. im XXXIIII^{ten}.

- a) *sequitur expunctum*: den
- b) *correctum ex*: gnediglichen
- c) *sequitur expunctum*: derwegen

N. 950.

E Regio Monte, 18.II.1534.

Albertus dux in Prussia

*Iacobo Brzozowiec (in ms. Bresovitz), aulico regio,
occasione nuptiarum omnia fausta et felicia ei precatur et anulum dono
mittit.*

(Germanice)

Cfr. El. XXXV, N. 377.

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 163.

N. 951.

E Regio Monte, 27.II.1534.

Praelati, nobiles et civitates Ducatus Prussiae

Sigismundo I regi Poloniae

*oratores suos, Ioannem a Leistwang, Ioannem a Glaubitz et Georgium
a Kunheim, capitaneum Tapiensem, ad urgentia quaedam et gravia
negotia regi perferenda mittunt et rogant, ut eos clementer audiat
plenamque fidem eis adhibeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 442.

N. 952.

E Regio Monte, 27.II.1534.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*Georgium a Kunheim, capitaneum Tapiensem, quem una cum praelato-
rum, nobilium et civitatum Ducatus sui legatis ad regem mittit, com-
mendat et orat, ut ei aures benignas praestet et plenam fidem
adhibeat.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 117, 118.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 442-443.

N. 953.

E Regio Monte, 27.II.1534.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

rogat, ut Nicolaus Nibschitz et Georgius a Kunheim, quibus certa negotia ei significanda concredit, plenam fidem praestet.

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 117, 118.

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 443.

N. 954.

E Regio Monte, 27.II.1534.

Praelati, nobiles et civitates Ducatus Prussiae

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

Ioannem a Leistwang, Ioannem a Glaubitz et Georgium a Kunheim, capitaneum Tapiensem, mittunt et rogan, ut eos clementer audiat plenamque fidem eis adhibeat.

(Sub textu: In simili forma Reginae Poloniae [Bonae]).

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 117, 118.

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 444.

N. 955.

Hapsaliae, 9.III.1534.

Gulielmus marchio Brandenburgensis, episcopus Osiliensis, coadiutor Ricensis,

Sigismundo I regi Poloniae

rogat, ut rex Nicolaus Nibschitz et Georgius a Kunheim, capitaneum Tapiensem, a duce Alberto ad eum missos, suo quoque nomine audiat eisque plenam fidem adhibeat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 449.

N. 956.

E Regio Monte, 9.III.1534.

Albertus dux in Prussia

Nicolaus Nibschitz

pro consilio sibi dato, ut ante adventum oratorum Livoniensium vel legatos vel litteras ad regem mittat, gratias agit, quod tamen ob temporis angustiam sequi se non posse asserit; rogat, ut una cum episcopo Vilnensi negotia marchionis Gulielmi in aula regia curare et promovere studeat; cupid, ut nomine suo episcopis Vilnensi et Pre-misiensi pro diligentia in rebus suis adhibita gratias agat.

(Germanice)

Cfr. El. XLVI, N. 117.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 164v-165v.

E Regio Monte, 16.III.1534.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Bażyński, succamerario Marienburgensi,
certiorem se factum esse nuntiat de adventu Czluchoviā aliquot equi-
tum ex Livonia et rogat, ut diligenter expiscari studeat, qui sint ho-
mines isti et quae moliantur.*

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 165v-166.

Ann jungenn herrn zu Basenn den XVI Marcii anno 34.

Unsern gunstigen grus und gnedigen willen zuvor.

Edler, besonder lieber. Wir werden glaublich bericht, das in kurtz-
vorschien den tagen bei Schlachaw ungeverlich bey XXV pferde, welche
aus Leyfflandt kommen und villeicht durch Litthaw und Masaw iren wegk
herausgenomen, gesehen worden. Dweyl euch dan zweyffelson mers dan
genugsamen bewust, wie die hendel zwischen ko.mt., uns, auch unserm
freuntlichen, lieben bruder, herrn Wilhelmen, des erttziffts²⁾ Riga coad-
iutorn, postulirten herrn zu Osell, marggraffen zu Brandenburgk und
den landen Leyfflandt allenthalben stehn, also das demnach vonnoten
sein will auf solche leuth practiciren und gut achtung zu haben etc., ist
demnach an euch unser gutliche bitth und gnedigs begern, ir wollet bei
euch allenthalben gute nachforschung und vleissig achtung zu haben
bestellen, zu erfahren, wer die leut und wes furnemens sie sein, auch
wo sich ir durchschlayff und wege hinwenden und strecken mochte,
solchs auch euerm vatern¹⁾ zu erkennen geben, gleichsfals aufsehens und
achtung zu haben zu bestellen. Das wollen wir umb euch mit sondern
gnaden zu beschulden ingedenck sein, dan euch gnedigen willen zu erzai-
gen seindt wir geneigt. Datum Konigspergk den 16 Marcii 1534.

Sub textu: In simili forma mutatis mutandis an heuptman zu Schlo-
chaw etc.

2) sic in ms.

1) Georgius, pal. Marienburgensis.

E Regio Monte, 21.III.1534.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschtitz et Georgio a Kunheim.

*litteras fidei ad regem, a marchione Gulielmo, eis destinatas eiusdem-
que instructionem transmittit et rogat, ut eas ad regem pervenire
faciant; de legatione Livoniensi contra fratrem suum, marchionem
Gulielmum missa, refert.*

(Schedula: de legato regio a Livoniensibus male tractato).

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 166-167.

N. 959.

E Regio Monte, 23.III.1534.

Albertus dux in Prussia

episcopo Camenecensi [Petro Gamrat]

pro Georgio a Diebes, capitaneo suo in Rhein, intercedit, qui cuidam Andreae Baumgart in Wqosz (Wagenschoss) in Ducatu Masoviae novem vasa mellis vendidit et hactenus nullam pro eis pecuniae solutionem accepit; rogat, ut idem Baumgart, qui falso praestito iuramento se nihil ei debere affirmat, si solvere nequeat, potestati capitanei sui in Rhein tradatur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 446-447.

N. 960.

E Regio Monte, 23.III.1534.

Albertus dux in Prussia

episcopo Camenecensi [Petro Gamrat]

pro subdito suo ex districtu Rhein, Kossak Bogusz (Cossagk Bogusch) nomine, cui iniuria infertur a camerario in Wizna (Wiszna) in Ducatu Masoviae, intercedit et petit, ut ei iustitia administretur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 448.

N. 961.

E Regio Monte, 24.III.1534.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro Gulielmo marchione Brandenburgensi, coadiutore Rigensi et postulato Osiliensi, fratre suo, intercedit et rogat, ut rex legatis ordinum Livoniae, qui fratrem suum « inquis criminationibus » denigrarunt, nullam fidem adhibeat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 448-449.

N. 962.

E Regio Monte, 24.III.1534.

Albertus dux in Prussia

Lucae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo generali,

de Henrici (Heinonis) Doberitz, subditi sui et electoris Brandenburgensis [Ioachimi] officialis, contra eum moliminibus dolet et nuntiat se ad eundem Doberitz litteras dedisse, quarum exemplar ei transmittit.

Cfr. El. XXXV, N. 376.

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 445.

Magnifice ac Generose etc.

Accepimus Magnificentiae Vestrae literas, quibus propensam animi

sui voluntatem erga Brandenburgensem familiam, praesertim vero erga nos, significat. Nos quanquam de illa ipsa nunquam dubitaverimus, atque luce hac meridiana eandem clarius perspeximus, attamen gratum est nobis ultra modum Magnificentiam Vestram tam officiose eam rem litteris, nedum facto declarare. Quo nomine Magnificentiae Vestrae magnas agimus gratias, daturi operam, ut habita occasione abunde referamus. Non libenter legimus nobilem Heynonem^{a)} Doberitz, subditum nostrum atque Illustrissimi Principis agnati nostri Electoris Brandenburgensis etc.¹⁾ officiale, adversus Magnificentiam Vestram talia moliri. Atque utinam liceat nobis ei hoc in negocio praecipere et mandare, videret haud dubie Magnificentia Vestra vel saltem hic, quam inique feramus aliquid adversus eandem temere tentari. Iam cum secus accidat scripsimus praefato Doberitz, quatenus licuit, quarum literarum Magnificentiae Vestrae exemplar una cum ad eundem scriptis literis hic transmittimus, ut liberum sit eidem easdem vel transmittere vel nobis indicare, quibus verbis scribi debeat. Magnificentiae Vestrae etenim gratificari in magnis iuxta et parvis negociis semper parati sumus... Datae ut supra, XXIIII Marcii anno etc. XXXIIII.

In initio epistolae in margine: Domino Lucae Castellano Posnaniensi.

a) *in ms. Heynonem*

1) *Ioachimus I.*

N. 963.

E Regio Monte, 30.III.1534.

Albertus dux in Prussia

*Andreae a Górką, castellano Calissiensi,
exponit rationes, ob quas desideratam ab eo pecuniae summam ei hoc
tempore mutuo dare nequeat.*

Cfr. El. XXXV, N. 378.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 450-451.

Magnifice ac Generose, Frater et Amice nobis dilecte.

Accepimus literas Magnificentiae Vestrae, quibus a nobis salarium, quod a Regia Maiestate singulis annis accipimus, mutuo sibi dari petit atque id quidem statuto tempore persolvendum. Profecto hoc tempore nobis neque gratius neque acceptius quidquam evenire potuit. Cum certissimis et firmissimis argumentis tandem experiamur, Magnificentiam Vestram non dubitare aliquid in nos spei et auxiliī ponere, quod pro nostro ingenio Magnificentiae Vestrae perpetuo exhibere semper fuiimus et posthac erimus parati. Verum hoc unum nobis est molestum, in hoc usque tempus dilatam esse conferendi beneficii occasionem, neque paucos ante dies nos scivisse, ut ea, qua potuissemus et voluissemus commoditate, utilitatem Magnificentiae Vestrae hac parvula summa curaremus. Quam enim nobis sit difficile talem summam in praesentiarum exhibere, Magnificentia Vestra ex his colligere potest.

Cum anno praeterito in rem et utilitatem Regis Daniae^{a)}, socii nostrī¹⁾, in expeditione illa navalī magnam summam expenderimus, hoc autem anno haud minores expensas in rem Marchionis^{b)} Wilhelmi etc., fratris nostri charissimi, in Livonia fecimus, et periculum est, ne in futurum auxiliis a nobis destituatur, facere cogamur, adeo etiam, ut ne-

cessaria belli ad navigationem nobis crediderint mercatores, quibus, ut est aequum, hanc summam nostri anniversarii salarii legitimis literis ante aliquod tempus exigendam pro solutione tradiderimus; neque videtur consultum citra illorum voluntatem animi propositum, etiam literis certissimis declaratum, mutare, nos vero cum simus parati Magnificentiae Vestrae multis nominibus animum nostrum benevolum hac praeuersum in caussa declarare, nec ulla aliqua alia fieri posse videamus, videbatur^c nobis consultum^d, statim acceptis literis vestris^e, Thesaurarium nostrum, si quo modo ab iisdem mercatoribus solucio differri possit, ablegare^f, cuius redditus^g intra X dies aut etiam paulo plures speramus. A quibus si quid obtineri potuerit, reddam Magnificentiam Vestram proprio nuntio certiorem. Nam animus est nos ea, qua possumus benevolentia, sedulo Magnificentiae Vestrae devinctissimum esse. Praesentium autem latorem in id tempus protrahere noluimus, ne Magnificentia Vestra nostri animi et propositi benevoli tociusque causae et negotii conditionem diu ignoraret. Cui, ut aliis omnibus in negociis, ita in hac maxime caussa me offero Magnificentiae Vestrae paratum... Datae e Regio Monte, XXX Marcii anno etc. MDXXXIII.

In initio epistolae in margine: Domino Andreae Comiti de Gorckau.

- | | |
|---|---------------------------|
| a) correctum ex: Daciae | e) sequitur expunctum: ad |
| b) partim supra lineam. | f) correctum ex: ableget |
| c) correctum ex: videtur | g) correctum ex: redditum |
| d) sequitur expunctum: ut Magnificentia | 1) Fridericus I. |
| Vestra | |

N. 964.

E Regio Monte, 1. IV.1534.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro litteris in negotio suo ad imperatorem, regem Romanorum, electores et civitates Imperii datis gratias agit; permissionem expetit responsa ad eiusmodi litteras regi datas resignandi et perlegendi; pro nuntio regio ad Comitia Ducatus Prussiae mittendo gratias agit et petit ignosci sibi diei ipsorum Comitiorum dilationem.

Cfr. El. XXX, NN. 116, 120.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 452-453.

Serenissime Rex.

Redditae sunt mihi Serenissimae Regiae Maiestatis Vestrae ad me datae literae per ipsius camerarium, una cum reliquis ad Caesaream¹ et Regiam Romanam² Maiestatem, praeterea Imperii Electores ac civitates, literis. Id quod ego suppliciter a Regia Maiestate Vestra fieri rogavi. Quo nomine Regiae Maiestati Vestrae ago supplices gracias, datus pro mea mediocritate, summis tamen meis viribus operam, ut erga eandem aliquando gratus inveniar, a Regia Maiestate Vestra suppliciter petens, ut si eidem grave non sit, utriusque Romanae Maiestatis, Electorum et civitatum Imperii responsa, quae minister meus Regiae Maiestatis Vestrae nomine ad me deportabit, me resignare et perlegere permittat atque hoc mihi suis literis prope diem significet, videlicet ut eo citius eorum erga Regiam Maiestatem Vestram et me men-

tem ac voluntatem intelligere queam, Regiae Maiestati Vestrae postea transmissurus.

Neque minores gracies Regiae Maiestati Vestrae ago, quod ad supplicem petitionem meam dignatur subditis meis mox indicendis Comitiis non solum scribere atque illis et consilium impartiri atque regium auxilium significare, imo etiam peculiarem nuncium et orathorem sive legatum transmittere, qui ea^{a)} omnia coram diligenter acturus sit, propterea quod viva vox plus habeat momenti et energiae. Ego, Serenissime Rex, quaeso Regiam Maiestatem Vestram suppliciter, ut moleste non ferat hanc huius diei Comitiorum et publici Conventus definitionem a me eatenus differri, qua orathores mei et subditorum meorum ad Regiam Maiestatem Vestram ablegati domum revertantur. Partim quod adhuc non sim certus de indicenda ea Dieta, partim quod a legatis ego et subditi mei regiae vestrae dignationis^{b)} nondum simus facti certiores. Adeoque fieri possit, ut Regia Maiestas Vestra pro sua sapientia iudicabit^{c)} minime necessarium fore vel alioqui non conducere, talem Conventum publicum indici. Sin vero sic stabit Regiae Maiestatis Vestrae sententia, indicabo et Regiae Maiestati Vestrae suppliciter et subditis meis ipsius Conventus tempus et diem... Datae e Regio Monte Calendis Aprilis anno a nato Christo Servatore MDXXXIIII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae.

a) sequitur expunctum: ee

1) Carolus V.

b) correctum ex: indignationis

2) Ferdinandus I.

c) in margine pro verbo in textu expuncto.

N. 965.

E Regio Monte, 1. IV.1534.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisliensi [Ioanni Chojeński]
pro opera et studio in negotiis suis apud regem promovendis adhibito
gratias agit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 451-452.

N. 966.

E Regio Monte, 4.IV.1534.

*Albertus dux in Prussia
Andreae a Górką, castellano Calissiensi,
de modo summae 4 millium florenorum, sibi quotannis annui salarii no-
mine a rege persolvendae, ei mutuo dandae.*

(Latine)

Cjr. El. XXXV, N. 378.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 454-455.

E Regio Monte, 4.IV.1534.

*Albertus dux in Prussia
Iosio Ludovico Decio, secretario regio,
summam 4000 florenorum — iuxta mandatum regis — in manus Michaelis Kössler, civis Gedanensis, numerari petit.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 167-167v.*

E Regio Monte, 12.IV.1534.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
significat diem indicendorum Ducatus sui Prussiae Comitiorum (10.V.)
et pro legato a rege ad ea Comitia mittendo gratias agit; item pro
opera in negotio fratris sui Gulielmi a rege adhibita gratias agit.
(Schedula: de proposito suo Posnaniae conventu cum Ioachimo elec-
tore Brandenburgensi).
Cfr. El. XXX, N. 120.
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 455-457.*

Serenissime Rex.

Intellexi ex delegatis meo et subditorum meorum Borussiae praelatorum, nobilium et civitatum orathoribus Regiam Vestram Maiestatem adhuc in votis habere, ut ad proxime futurum Conventum^a, quem ego illis praescribere volo, orathorem suum ableget. Quo nomine Regiae Vestrae Maiestati magnas gracias ago, hoc eidem significans me ei Conventui Dominicam diem Vocem iocunditatis, quae erit decima mensis Maii, praescriptsisse, ut sequentibus diebus haec causa tractetur. Praeterea intellexi ex orathore meo, Georgio a Cunheim, Regiam Vestram Maiestatem negocium fratris mei, Domini Guilhelmi Marchionis etc., clementer ac benignis auribus audivisse omnemque suam operam nobis fuisse pollicitam atque eandem Livonienses orathores tali responso dignatum, ut ego clementem animum Regiae Vestrae Maiestatis luce hac meridiana clarius cernam, suppliciter rogans, quandoquidem Regia Vestra Maiestas prope diem in aliis negociis ablegatura est suos ad Livonienses orathores, non dedignetur dispicere, an conveniat huic negocio Magistro^b et sui Ordinis proceribus atque reliquis statibus a Regia Vestra Maiestate per orathores suos significari, ut fratrem meum dignentur pro vicinitatis iure et promovere et amice tractare. Insuper si haec controversia in Livonia amice ac pacifice transigi non queat, ut ipsi non committant cuiquam adversariorum, ut aliquid adversus fratrem meum temere moliatur, quandoquidem hoc Regiae Vestrae Maiestatis responsum his orathoribus datum multis etiamnum in Livonia est incognitum. Frater meus praefatus et ego dabimus operam, ut Regiae Vestrae Maiestati pro nostra tenuitate erga tantum Monarcham summis nostris viribus fideliter inserviamus. Cui eo nomine maximas gracias agimus atque^b omnia nostra committimus... Datae e Regio Monte anno etc. XXXIIII.

Cedula

Serenissime Rex.

Iam antea conventum fuit inter Illustrissimum Principem Dominum Ioachimum Marchionem Brandenburgensem, Romani Imperii Electorem etc., agnatum meum charissimum, et me, ut alicubi in confiniis Regni Regiae Vestrae Maiestatis et praefati agnati conveniremus; tum^{c)} vero, si placet utrius nostrum, ut ipsius loco veniat ad me Illustris Princeps Dominus Ioachimus Marchio filius etc. Posnaniam, ut inibi de utriusque nostrum negotiis disceptemus. Ego eo nomine quaeso Regiam Vestram Maiestatem, ut praefatum Principem Ioachimum iuniorem Marchionem etc. literis publicate fidei proficisciendi^{d)} Posnaniam atque inde in patris sui et suam provintiam redeundi dignetur, et ut id talibus verbis fiat, ne ipse habeat in hoc tam periculo tempore ullam addubitandi occasionem, utque eas literas velit Regia Vestra Maiestas huic meo nuncio mihi preferendas tradere. Datae ut in literis.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae, XII Aprilis.

a) *correctum ex:* convestum

d) *in ms. profiscendi*

b) *in margine.*

1) *Valterus a Plettenberg.*

c) *in ms. tam*

N. 969.

E Regio Monte, 12.IV.1534.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

rege et ordinibus Lithuaniae ad Comitia Ducatus Prussiae mittere co-
nantibus, nuntiat eiusmodi Comitia (landtag) ad 10 Maii diem indicta
esse; scire desiderat responsum regium, oratoribus Livoniensibus
in negotio marchionis Gulielmi recens datum.
(Schedula: de legatione regis Angliae apud se recens peracta, de qua
latius coram).

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 167v-168v.

Ann Nickell Nibschatz denn 12 Aprilis 34.

Unsern gruss zuvorn.

Erbar und erenvhester, lieber, getreuer.

Nachdem uns der erbar unser heuptman zu Tapiaw¹⁾, rathe und auch lieber getrewer, unther anderm angezeigt, wie kurtzlich ein botschaft von ko.mt. zu Polen etc. und den stenden des grossfurstenthumbs Lithauen an uns und unsere unde[r]than von allen stenden auf eynen gemeinen landtag abgefertigt, darzu dein person vermutlich gepraucht werden soll, derhalben uns durch egemelten von Kunheim etc., das wir solch zusammenkomug dester gereumer ansetzen wolten, auf das du dem pferd und rustung, indes zu dir bequemlich prengen mochtest, anlangen lassen etc. Hierauf so wollen wir dir dich darnach, ob du zu solcher werbung gepraucht soltest werden, wissen zu richten, wir auch zusehen, wievil du hubscher und schoner, dan du vorgewest in Litthauen geworden bist, genediger meynung nicht verbergen, das solcher landtag auss furfallender ehafft nicht eher oder lenger, dann aufn Sontag Vocem Iocunditatis, welchs do ist der zehende May, hat mögen beschrieben werden, mit anhefftem gnedigem begeren (dieweil wir bericht, das hochgedachte ko.

mt. ein botschaft an gemeine stende in Leiflandt schicken wurdt), du wollest bey irer mt. (wie wir dan derselben hieneben auch schreiben und untherdeniglich bitten thun) mit vleiss helffen verfurdern, domit denselben legaten auferlegt, die konigliche antwort, so den gesandten auss Leiflandt jungst auf ir antragen unserm freuntlichen, lieben bruder, marggraften Wilhelmen, coadiutorn etc., belangende, gegeben, widerumb etlicher massen zu erholen, welchs seiner lieb, unser erachtens, nicht unfurtreglich sein wurdt und daraus auch vormerckt werde, das solchs ko.mt. ernst und hertzlich sey; dan woll zu vormueten, das umb solche antwort nicht alle stende in Leiflandt wissens haben oder auch dieselbtige mehr allen angezeigt werden mochte, und im fall, von der selb konigliche gesandte gereith abgefertigt, bei ko.mt. hochgenandt bearbeiten, auf das ime solchs, wie obberurt, nachgeschrieben und zu werben bevolhen werde, wie du dan dem wol weiters mit gutter geschicklichkeit mass zu geben waist und an deinem vleiss nichts erwidern wirdest lassen. Das gereicht uns von dyr zu sondern dencklichen wolgefalen in gnaden zu erkennen. Datum Konispergk, ut supra.

Cedula

Wir fugen dir auch gnediger meynung wissendt, das bei uns ein botschaft von konig. w. zu Engeilandt²⁾ gewesen war, aber derselben werbung wollen wir dir auf de'n gluckselig, wil Gott, ankunft unangezeigt nicht lassen, sonder nach notturft berichten. Datum, ut in litteris.

1) *Georgius a Kunheim.*

2) *Henricus VIII.*

N. 970.

E Regio Monte, 16.IV.1534.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

iuvenerem ducem Michaelem Połubiński, aulicum suum, «adversus scismaticum Moschum» pugnare cupientem, commendat et rogit, ut paratae a rege contra Moschum expeditioni interesse possit.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 110.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 457-458.

N. 971.

E Regio Monte, 16.IV.1534.

Albertus dux in Prussia

rogando apud Regiam Vestram Maiestatem, ut et dignaretur et consilis
et rebus suo subdito et consiliario, Domino Iheronimo Lasco, hoc tem-
pore necessitatis opem ferre eumque per regium legatum apud Re-
gem Ungariae precationibus, precibus et intercessionibus liberare, sup-
plicarem.

Quod cum ei denegare pluribus nominibus non potuerim, et quod
opus christiano minime indignum arbitrarer, Regiae vero Vestrae Maiestati
haud displicere sciam, cum pro subdito Regiae Vestrae Maiestatis
ac consiliario intercedam, omnibus amicis autem et sanguine iunctis rem
gratissimam faciam, enixe precor, Regia Vestra Maiestas dignetur, si
quo modo fieri poterit, huic optimo Palatino, Regiae Vestrae Maiestatis
subdito et consiliario, christiano et pio officio clementer subvenire.
Hoc enim regius animus expostulat, hoc totus ordo Regni Poloniae pro
eis incorporato atque confederato Palatino, subdito Regiae Vestrae Maiestatis
et consiliario, enixe precatur, hoc tota domus Lascorum cum om-
nibus amicitia, affinitate, sanguine et necessitudine iunctis expectat.
hoc denique Dominus Iheronimus, Palatinus Syradiensis, incarcerated
summis precationibus et ego suppliciter supplicamus, nihil addubitan-
tes eandem Regiae Vestrae Maiestatis legationem Domino Palatino
commode et in tempore^{f)} apud Regem Ungariae opitulaturam. Postre-
mo postulat a me Prepositus Gnisensis, si legationibus ac precationi-
bus nihil effici potuerit, contra Regem Ungariae opem pecuniariam.
Cui quid responderim, subdite precor, Regia Vestra Maiestas velit ex
copia instructionis meae, ad eundem Prepositum transmissae, clementer
percipere ac me, quid posthac faciendum sit, regio suo clementissimo
ac prudentissimo consilio clementer informare, ne quid temere, quod
vei Regiae Vestrae Maiestati displicere possit, aut etiam mihi non
usquequaque bene cedat, agatur... Datae e Regio Monte III Octobris
anno etc. XXXIII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae, nomine Ducus Alberti.

a) sequitur expunctum: est

b) in ms. gubernante

c) pro expuncto: cuius suprascriptum.

e) sequitur expunctum: ad

z) sin in ms.

N. 1045.

E Regio Monte, 3.X.1534.

Albertus dux in Prussia

Ioanni regi Hungariae

*Ioannem Nimptsch (Niembsch), consiliarium suum, ad proponenda
quaedam negotia mittit et rogat, ut ei plenam habeat fidem.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 518-519.

N. 1046.

E Regio Monte, 3.X.1534.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisliensi [Ioanni Chojeński]
pro Ambrosio Adler, subdito suo, intercedit et rogat, ut causam eius
regi commendet.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 514-515.

N. 1047.

E Regio Monte, 3.X.1534.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisliensi [Ioanni Chojeński]
ob mortem patris ei condolet eumque consolatur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXV, N. 402.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 522-523.

N. 1048.

E Regio Monte, 14.X.1534.

*Albertus dux in Prussia
Lucae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo ge-
nerali,
commendat negotium subditi sui Conradi a Rautenberg, quod de he-
reditate a defuncta sorore sua relicita Posnaniae habet.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 204-204v.

N. 1049.

E Regio Monte, 15.X.1534.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de obitu Petri Tomicki, episcopi Cracoviensis et Regni Poloniae vice-
cancellarii, dolet et in demortui locum Ioannem Chojeński, episco-
pum Premisliensem, proponit et commendat.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 525-528.

Serenissime Rex.

Accepi, heu, nimis dolenter Reverendissimum in Christo Patrem^a),
Dominum et fratrem meum charissimum, Dominum Petrum Episcopum

Cracoviensem, Regni Poloniae Vicecancellarium etc., in Christo defunctum^c). Quae si ita sunt, ut feruntur, cum Dominum, fratrem et amicum, et eum quidem, de quo summa semper beneficia accepi, magna ac sedula officia expertus sum, adeo ut nihil non meo nomine subire dubitaret, invida fata mihi ademerint, summe dolere ac tristari iure debeo eiusque, quoad vixero, humanissimi ac studiosissimi erga nos animi immemor esse haud potero. Quem Deus Optimus Maximus pro sua immensa clementia in numerum divorum ob insignem anteactae vitae religionem, probitatem et integritatem asciscere dignetur. Cum autem per obitum huius christianissimi Episcopi, fratris mei charissimi, munus illud ecclesiasticum ac dignitas Cancellariae vacet et^b alium quendam in locum demortui ^cRegia Vestra Maiestas^d clementer surrogaturam esse certus sim, nec ambigam Regiam Vestram Maiestatem hoc munus nedum pro vitae sanctitate ac religione, sed et ob fidelia praestita Regiae Vestrae Maiestati servitia ac singularem eruditionem cuidam, ut maxime suo aulico ac servitori, daturum, idque ex eo, cum exemplis quam plurimis fere Regiam Vestram Maiestatem suos servidores regia gracia et clementia bene donare advertam, idoneosque ad quotlibet officium et dignitatem evehi sentiam, non^e fuisset necesse hiis me Regiam Vestram Maiestatem sollicitare. Verum cum tot undique curae, tot negotia animum regium distrahant atque impellant, nec ignorem tocius Coronae^f Regni Poloniae plurimum interesse eum episcopatu donari, qui acerbissimus fidei christiana sit defensor, eumque Cancellariae praefici, quem Regia Vestra Maiestas doctum, usitatum, idoneum atque nedum de Regno Poloniae, sed et de omnibus circumiacentibus Regiae Vestrae Maiestatis subditis benemeritum^g pulcherrimis exemplis didicerit, volui pro debito erga Regiam Vestram Maiestatem et ordines Regni Poloniae subdito ac studioso officio eum, quem Regia Vestra Maiestas acerbissimum ac strenuum fidei christiana defensorem ac in omnibus negotiis doctissimum atque usitissimum novit, subdite proponere, videlicet Reverendum in Christo Patrem, fratrem et amicum meum charissimum, Dominum Ioannem a Coyen, Episcopum Premisiensem etc., qui quam sancte gesserit hucusque episcopatum, in propatulo, est, quam sedulus fuerit^h in Regiae Vestrae Maiestatis negotiis, est eadem persepe experta, quam denique diligenter, ornate ac docte rexerit, gesserit munus Cancellariae, novit non solum Regia Vestra Maiestas, sed et totus ordo Coronae Regni Poloniae. Suppliciter igitur supplico, Regia Vestraⁱ Maiestas dignetur praenominatum Episcopum Premisiensem, studiosissimum, fidelissimum ac indefatigatum Regiae Vestrae Maiestatis servitorem et de omnibus optime merentem, ex regia gracia et clementia clementer et gracie episcopatu donare ac eundem dignitate Cancellarii honorare. Factura est Regia Vestra Maiestas rem plane regiam ac omnibus ordinibus Regni Poloniae gratissimam, cum is, qui meritus est, qui gerere episcopatum christiane novit, qui regere Cancellarium omnibusque aequa ac iusta administrare didicit, hoc honestissimo episcopatu ac dignitate donatur^j etc. Quod ut Regia Vestra Maiestas faciat, etiam atque etiam enixe quaeso, quo meas illas preces apud Regiam Vestram Maiestatem aliquid ponderis habuisse intelligam, is autem sibi profuisse videat. Daturus vicissim operam, ut nullum officii genus, subdito Principe erga

Regiam Vestram Maiestatem dignum, a me sedulis, diligentissimis studiis et obsequiis unquam^{k)} pretermittatur. Id quod et Episcopum Premisiensem summis conatibus enixe facturum, Regia Vestra Maiestas experietur... Datae e Regio Monte XV Octobris anno etc. XXXIIII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae.

- a) sequitur expunctum: ac
- b) supra lineam.
- c)-d) supra lineam.
- e) correctum ex: nos
- f) correctum ex: Coroni
- g) alia manu in margine.
- h) suprascriptum pro alio verbo expuncto.
- i) sequitur expunctum: ac indefatigatum
- j) in ms. danatur
- k) correctum ex: nunquam

*) Petrus Tomicki mortuus est 29.X.1535.

N. 1050.

E Regio Monte, 15.X.1534.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Premisiensi [Ioanni Chojeński]
pro litteris per Nicolaum Nibschatz sibi allatis gratias agit et rogat,
ut saepius ad se scribat, nova mittat ac eidem Nicolao Nibschatz
plenam fidem adhibeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 524.

N. 1051.

E Regio Monte, 15.X.1534.

*Albertus dux in Prussia
« regio medico »
per Nicolaum Nibschatz litteras mittit eumque salutat et rogat, ut sae-
pius scribat, regis et reginae salutem signifcat, novitates mittat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 524-525.

N. 1052.

E Regio Monte, 16.X.1534.

*Albertus dux in Prussia
Caspari Maciejowski, dapifero Sandomiriensi,
pro salutatione per Nicolaum Nibschatz sibi allata et pro promptitudi-
ne ad servitia praestanda gratias agit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 528-529.

N. 1053.

E Regio Monte, 16.X.1534.

*Albertus dux in Prussia
Eliae Ostrogski (in ms. Duci Heliae), capitaneo Bracławiensi et Winni-
censi,
pro duobus armis bellicis, a se ei amice et fraterne missis, gratiarum
actiones supervacaneas esse scribit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 529-530.*

N. 1054.

E Regio Monte, 17.X.1534.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de Gregorio Gregorii Ościkowicz, appellato « Wirszylo », mensae regiae
structore, queritur, qui eum « suis litigiosis caussis, quas cum Ni-
colao Nipschitz habuit et posthac habere praesumit », immiscuit.
(Latine)
Cfr. El. XLVI, NN. 136, 140, 142, 143.
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 530-531.*

N. 1055.

E Regio Monte, 17.X.1534.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
Andream a Rippe (Rieppe), capitaneum in Kaymen (Caymen), consilia-
rium suum, in quibusdam negotiis fratris sui Gulielmi marchionis
ad eum mittit et rogat, ut ei plenam fidem exhibeat.
(Sib. textu: Pari modo scriptum est mutatis mutandis Episcopo
Premisliensi [Ioanni Chojeński], Episcopo Vilnensi [Ioanni e ducibus
Lithuaniae], Domino Gastoldo).
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 531-532.*

N. 1056.

E Regio Monte, 19.X.1534.

*Albertus dux in Prussia
Erasmo Eustachio, canonico Vilnensi, teloneatori Caunensi,
pro Ioanne Feyerabent, subdito suo, intercedit, ut promissam sibi sil-
vae Velomensis partem « ad scindenda ac stringenda ligna conflan-
daque cinera... prae alio obtinere, retinere ac possidere possit ».
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 532-533.*

N. 1057.

E Regio Monte, 20.X.1534.

Albertus dux in Prussia

Henrico VIII regi Angliae

*in gratitudinis signum pro benevolentia sibi exhibita duodecim falcones,
« tam bonos, quam in hac nostra provincia hoc anno capi potuerunt »,
dono mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 534-535.

N. 1058.

E Regio Monte, 20.X.1534.

Albertus dux in Prussia

Francisco I regi Galliae

per ministrum suum, Petrum Danckart, duodecim falcones, in benevolentiae signum, ei dono mittit, quamvis se ei ignotum esse fateatur.

(In margine: Regi Gallorum et Regi Arrogoniae (*sic!*) mutatis mutandis, XX Octobris).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 538-540.

N. 1059.

E Regio Monte, 20.X.1534.

Albertus dux in Prussia

Gulielmo Pageto, regis Angliae consiliario,

*nuntiat de poenali mandato ab Imperiali Camerae iudicio contra se et
subditos suos publicato, quam ob rem « bellorum tumultus » in Ducatu suo timet, ideoque rogat, ut a rege Angliae « summam quan-
dam argenti crediti nomine » sibi impetrat.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 535-537.

Salutem et clementiam nostram.

Generose dilecte.

Dedimus superioribus diebus ad Generositatem Vestram literas, quas et Generositati Vestrae oblatas esse certo comperimus. Verum quod hactenus nullas a Generositate Vestra acceperimus, nisi tot negotia, quae Generositatem Vestram undique distrahant atque impellunt, aliud nobis persuaderent, mirari iure deberemus. Proinde cum se hoc tempore occasio obtulerit, eandem nostris literis invisiere voluimus, clementer et benigne petentes, Generositas Vestra haud gravetur nos responso benigne, cum ea procul dubio tantum sibi a negotiis suffurari potest, dignare.

Accepimus a fide dignis hominibus a iudicio Caesareae Camerae executoriale penale mandatum contra nos ac nostros subditos publicatum atque intimatum esse, quo nomine hac tempestate bellorum tumultus

in hac nostra provintia et Ducatu Borussiae timemus. Cum autem Generositatem Vestram ob singularem eius innatam benevolentiam, qua eadem omnibus obvia et exposita est, in nostris negotiis interpellare nequaquam ambigamus, hac certissima spe Generositatem Vestram quaevis nostro nomine in hac nostra caussa subire minime dubitare. Clementer et benigne petimus, Generositas Vestra dignetur apud Serenissimum etc. Regem etc. Angliae¹⁾, Dominum et consanguineum nostrum clementissimum, ita hoc negocium peragere, quo Sua Regia Maiestas nobis summam quandam argenti crediti nomine clementer praestare velit. Cum enim nervus belli argentum sit, foelicius strepitu bellorum resistere hoc pacto poterimus, minime addubitantes nos illud ipsum precibus et intercessionibus Generositatis Vestrae a Regia Maiestate, tum quod eandem Regiam Maiestatem in omnibus adversitatibus nobis adfuturam sciamus, tum quod haec a Generositate Vestra coram certissime futura intellexerimus^{a)}, impetraturos esse. Quod ut Generositas Vestra faciat, etiam atque etiam clementer petimus. Cui vicissim omni benevolentia et clementia commodare summo studio percupimus.

Postremo mittimus Illustri Principi ac Domino etc., sororici Regiae Maiestatis Angliae, hoc praesentium exhibitore aliquot falcons, eique scripsimus. Cum autem nomen Suae Celsitudinis ignoremus, clementer petimus, Generositas Vestra dignetur literis illis iustum titulum nostro nomine inscribendum curare... Datae e Regio Monte, XX Octobris anno etc. XXXIIII.

In initio epistolae in margine: Guilhelmo Pageto etc., Regis Angliae Orathori.

a) *correctum ex: intelleximus*

1) *Henricus VIII.*

N. 1060.

E Regio Monte, 20.X.1534.

Albertus dux in Prussia

« duci Angliae »

ad demonstrandam ei benevolentiam suam, quamquam sibi cum eo nullam familiaritatem intercessisse fatetur, decem falcons « alacres et rapaces » dono mittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 537-538.

N. 1061.

E Regio Monte, 21.X.1534.

Albertus dux in Prussia

Alberto Gasztold, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, pro litteris, equo gradario et communicatis novitatibus gratias agit; obsequia offert et aliquot pisces, « quos carpones vocant », dono mittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 540-542.

Albertus dux in Prussia

Lucae a Górkia, castellano Posnaniensi,

*salvum conductum ad duos annos Petro Giese concedendum expetit,
qui licet Posnaniae et in variis aliis locis in Polonia multa contra-
xerit debita, ea tamen omnia creditoribus suis persolvere se ob-
strinxit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 204v.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*ad querelam regis, nomine subditorum factam, de officialibus et exac-
toribus arcis Labiaw respondens, exponit causas, ob quas navigan-
tes mercatores ab eis aliquando retinentur et transitu prohibentur,
Cfr. El. XXX, N. 132.*

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 548-549.

Serenissime Rex.

Oblatae sunt mihi literae Regiae Vestrae Maiestatis, quibus eadem officiales et exactores telonei^a) arcis Labiaw coherceri demandat ob id, quod navigantes mercatores plus iusto ab eis retineantur transituque prohibentur, ut maiora scilicet thelonia persolvant etc., etiam ad tres septimanas etc., atque curemus, ne posthac talia temere ausint etc.

Proinde dignetur Regia Vestra Maiestas clementer percipere, eum in transmittendis navibus in Labiaw hactenus semper ritum et morem^b) observatum esse, id quod et mercatores inficiari non poterunt, ut naves transmittantur pro temporis opportunitate, nonnumquam enim transmitti non possunt, cum deficiat aqua, nonnumquam, quia abundat. Quare est necesse illos commoditatem et oportunitatem temporis interdum praestolari. Precor itaque^c), Regia Vestra Maiestas velit parum candidis illis accusatoribus parvam adhibere fidem. Porro quum conqueruntur illos hoc tempore tres septimanas retentos esse, ita quod non potuerint commode domum reverti etc., non me hercle sine iusta causa, id quod illi non ignorant, factum est. Nam tignum quoddam in portis ipsius transitus, non sine periculo, magna multitudine ac vi aquarum ruptum est, adeo quod esset periculum, ne et ambae illae portae, quibus aqua retineri et dimitti solet, cum omni aedificio rumparentur. Sunt enim portae illae futura aestate penitus de novo re-aedicandae. Detenti sunt igitur, quoisque satis commode omnia reficerentur, ac mox omnibus restauratis absque mora ulla transmissi sunt. Postremo quod aiunt ob id eos detineri, ut maiora persolvant vectigalia, equidem si quo modo ab aliquo officialium haec peragi constaret, esset quod iure, nisi dignis multarentur poenis, Regia Ves- tra Maiestas succenseret. Verum hactenus horum nihil percepimus, arbitramur itaque et hic Regiae Vestrae Maiestati minime indicata

esse. Si qui tamen sunt, qui aut munera aut maius solito dederint vectigal, hos, precor, Regia Vestra Maiestas haud gravatim dignetur huc ad solitum et ordinarium iudicium ablegare, non omittetur stricta iuris administratione contra nostros officiales processus et animadversio. Suppliciter petens, Regia Vestra Maiestas velit hiis iniustis accusatoribus, nisi omnia probent, in hiis atque aliis eiuscmodi parum candidis accusationibus parum aut omnino nihil fidei adhibere, sed potius id, quod res est, cogitare, nihil a me meisque officialibus, quod pro honore, commodo et utilitate Regiae Vestrae Maiestatis omnium earundem^{a)} subditorum videatur, obmitti atque de illis, si relata non probaverint, ne et me meosque officiales temere deferant et Regiam Vestram Maiestatem falsis molestent, iustas poenas sumere etc. Datae e Regio Monte 25 Novembris 1534.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae 25 Novembris.

a) *supra lineam.*

b) *correctum ex: maiorem*

c) *supra lineam pro expuncto: itque*

z) *sin in ms.*

N. 1064.

E Regio Monte, 25.XI.1534.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

transmittit litteras imperatoris ad regem scriptas, per Georgium marchionem Brandenburgensem transmissas (quas ex permisso regis reservavit), ex quibus constat imperiale bannum contra se emanatum ad aliquod tempus a rege Ferdinando suspensum esse; rogal, ut rex hac in causa ad imperatorem scribat; negotium Georgii marchionis commendat.

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 550-551.

Serenissime Rex^{a)}.

Nobilis dilectus ac fidelis noster Felix Stangen ab Aldenn ex Hispaniis a Caesarea Maiestate¹⁾ ad^{b)} Illustrum Principem, Dominum^{b)} et fratrem meum charissimum, Dominum Georgium Marchionem Brandenburgensem etc., rediit misitque ad me (quum ad Romanorum Regem^{d)} iussu Caesareae Maiestatis sibi eundum^{c)} esset) hasce alligatas ad Regiam Vestram Maiestatem a Caesarea Maiestate scriptas literas. Quas ex permissione Regiae Vestrae Maiestatis reseravi. Ex quibus Regia Vestra Maiestas clementer percipere dignetur, quid egerint quidve promoverint Regiae Vestrae Maiestatis literae. Hoc nempe, ut Serenissimus Romanorum Rex Ferdinandus executionem imperialis banni a iudicio Caesareae Cameræ promulgatam ad aliquot tempus suspendat etc. Cum autem in hac caussa mora sit periculosa, subdite precor, Regia Vestra Maiestas velit in hoc negocio, quam potest fieri citissime, ad Ferdinandum Romanorum Regem ea, qua putaverit Regia Vestra Maiestas optima et meliori forma, scribendum mandare, quo Caesareae Maiestatis voluntas plenum et debitum consequatur effectum. Porro Illustris Princeps et Dominus, frater meus charissimus, Dominus Georgius Marchio Brandenburgensis etc., ut eundem Regiae Vestrae Mai-

stati tanquam nepotem ex sorore charissimum literis commendarem, rogavit. Suppliciter igitur supplico, Regia Vestra Maiestas dignetur eundem nostro nomine commendatum habere, et si Regia Vestra Maiestas orathorem quendam in aula Romanorum Regis hoc tempore habet, eidem iniungere, ut fratrem nostrum consiliis et ope apud Ferdinandum Romanorum Regem non derelinquat, sed eidem consiliis adesse negociumque apud Romanorum Regem pro commodo et utilitate fratis nostri ita peragere velit, ut dictus noster frater Ducatum Oppeln et Ratibarn secundum initas et depactas inter Romanorum Regem et Marchionem Georgium conventiones obtinere queat, nec permittatur Illustrissimis Principibus et Dominis, Domino Guilielmo et Domino Ludovico Bavariae Ducibus etc., fratri nostro, optime de Regno Bohemiae emerito^{d)}, depactam summam argenti pro solutione dicti Ducatus Oppeln persolvere, adeoque eundem Marchionem Georgium contra transactionis articulum, qui habet non debere a quoquam alio quam a solo Rege in utilitatem propriam^{e)} solutionem fieri, extrudere. Si vero Regia Vestra Maiestas oratorem quendam in aula Romanorum Regis Ferdinandi hoc tempore non habet, velit totum hoc negocium Foeli Stangenn ab Alten, nunc in aula Romanorum Regis degentii^{f)}, procurandum demandare. Ego vicissim dabo operam, ut erga Regiam Vestram Maiestatem, tanquam subditus et obediens Princeps, minime sim ingratus... Datae e Regio Monte anno etc. XXXIV.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae, 25 Novembris.

- | | |
|---|---------------------------|
| a) <i>supra haec verba expuncta:</i> Nomine Geor- | e) <i>in ms. proprium</i> |
| gii Marchionis etc. | f) <i>in ms. degentem</i> |
| b) <i>supra lineam.</i> | 1) <i>Carolus V.</i> |
| c) <i>in ms. eundem</i> | 2) <i>Ferdinandus I.</i> |
| d) <i>verbum correctum.</i> | |

N. 1065.

Ronneburgi, 25.XI.1534.

*Gulielmus marchio Brandenburgensis, coadiutor Rigensis,
Sigismundo I regi Poloniae
iniurias ab adversario suo, Reinholdo Buxhövden, sibi et suis illatas
narrat et auxilium regis contra eum implorat et rogat, ut in causa
sua ad papam, regem Romanorum et ad iudicium Imperialis Ca-
merae scribat atque ad status et magistrum Livoniae legatos mittat,
quo oblata sibi Osiliensis episcopatus possessio restituatur.*

Ostpr. Fol., vol., 49, ff. 554-562.

Serenissime Rex.

Non dubitamus Regiam Vestram Maiestatem ex multis tum nostris, tum et Illustris Principis et Domini fratris nostri charissimi, Domini Alberti Marchionis Brandenburgensis, in Borussia etc. Ducis etc., scriptis atque transmissis actis intellexisse, quomodo et qua ratione pri-
mum coadiutoriam archiepiscopatus Rigensis, deinde et episcopatum Osiliensem^{a)} ingressi simus, quae adversa hactenus hac de caussa sus-
tinuerimus, quid in hoc negocio in multis comitiis ac publicis congre-
gationibus actum ac gestum sit, denique quam aegre (quamvis satis

lacessiti) ad bellorum tumultus commoveri potuerimus, sed semper ius et iustitiam ab ordinariis iudicibus desideraverimus. Quare et conventiones in Leal, ut causa aut iuridice aut amicabiliter debitum in locis determinaretur, initiae atque depactae sunt^{b)} etc. Et quod nostrae oblationes, pacifica vita depactae et sigillatae conventiones apud adversarios nostros parum ponderis habuerint, imo fortius contra ius et fas bello, rapina, cede et incendio etc. nos ac nostros invaserint, postremo omnium, quod et ceperit (id quod Deo ac Regiae Vestrae Maiestati, tanquam clementissimo et charissimo nostro Domino, patri et avunculo, querulose indicamus) adversarius noster Bixoveden cum suis adhaerentibus, non obstante quod ad Regiae Vestrae Maiestatis admonitionem, consilium et iussionem omnem militem^{c)}, quem in nostris munitionibus pro praesidio habuimus, dimiserimus, ab omni bellorum strepitu destiterimus, solo iuris ordine et processu coram primis et praecipuis capitibus Christianitatis^{d)} pro voluntate et iussu Regiae Vestrae Maiestatis contenti, non attenta itidem pontificia ac caesarea ciratione et inhibitione (cum et ultra haec omnia tota haec causa iuridice decidenda a Summo Pontifice^{e)} Reverendissimo Cardinali Campiego commissa sit) nos et nostros potentissime et terra et mari bello molestare. Accepit enim nobis in hac incursione, cum id minime arbitraremur, in mari naviculam quandam, quam vulgo vocamus ein schuthen, nobilem quandam Martinum Kiel nexui tradidit, denique arcem nostram Werder expugnavit ac post proprius accedendo civitatem nostram Leall, praedia Kegenka, Auder, Alt Parnaw cum tota terra occupavit. Insuper nobilibus nostris, quos nobiscum in arce nostra Hapsal tunc temporis habebamus, maxima minitatione scripsit eosque ad fidele homagium praestandum avocavit. Effecit itaque, ut generale capitulum, nobiles nostri ad nos venirent, spem, opem et auxilium in hiis adversis humiliter implorarent et quaererent. Quibus respondimus nos summa et extrema manu et vi, etiam proprio nostro corpore eos defensuros esse, cuperemus autem vicissim certificari, quam fideliter et fortiter nobiscum essent permansuri. Ad quae primum minimi, ni fallimur, duo respondebant omnem substantiam, corpus et animam expositos esse. Ceteri vero, maximi scilicet, erant eo tempore pusillanimes^{f)} et magno dolore de uxoribus, liberis et bonis eorum conquesti sunt. Cum autem bona eorum devastari viderent, secundo penitus desperati ad nos redierunt, consilium a nobis petentes hac adiecta petitione, si qua spes esset defensionis. illis clementer indicare vellemus. Sin minus, pocius esse in tempore, antequam et nos et illi ingens et re et corpore damnum pateremur, consiliis negocium hoc totum temperare.

Nam cum adversarii nostri supremus Capitaneus Gilse suis literis pollicitus eis esset, si obedientes se erga illum exhiberent, non esse quod aut de bonis aut vita sibi timerent, arbitrarentur, quantum illi viderent illis consuli (praesertim cum eos nostris parvis copiis defendere nequeamus, auxilium autem et suppetias ab amicis et^{g)} cognatis nostris de repente habere non possimus) hac unica via posse, si cum Capitaneo Gylse de conditionibus agerent, ut quieti et pacifici in bonis eorum, nec nobis nec Reynoldo assentientes, permanerent, quoad haec causa sententia finem acciperet. Quod ubi obtineri non potuerit, inquirerent, quibus conditionibus et articulis iusiurandum exigatur, et^{g)} si conditiones tolerabiles proponerentur, literis ac sigillis roboratas acciperent. Hoc negocium ceptum est agi fueruntque in ea actione fere

ad 14 dies, admisimus enim conventum illum hac eadem sola de causa, ut res protraheretur. Nam posteaquam in principio omnem rem Domino Archiepiscopo²⁾, Episcopo Tarbatensi³⁾, Magistro Ordinis Teutonicorum⁴⁾ et Generali Marscalco⁵⁾ ac ceteris significassemus, erat spes de futuris suppetiis. Verum usque adeo nihil horum sensimus, ut etiam per integrum mensem a nullo homine vel unicas quidem acciperemus litteras. Vias enim omnes et terra et mari optimis excubii, ut nos ad nullum, nec aliquis ad nos scribere posset, munierunt. Alioqui enim nullo modo intermissemus Regiam Vestram Maiestatem nostris literis invisere eique omnem rem plenissime explicare.

Posteaquam autem subditi nostri a Capitaneo Gylsen aliud obtinere non potuerant, quam ut debitum praestarent homagium, hac tamen condicione, ut praestito homagio et ipsi et bona eorum ab omni inimica actione aut devastatione securi essent, nisi velint in discrimen^{b)} et bona et vitam ponere, nam omnino destinasset cum toto exercitu et equestrium et pedestrium militum ceptis finem imponere, etiam si tempore induciarum non destiterint et incendio et rapina omnia devastare. Nostri denuoⁱ⁾ ad nos maximis querelis reversi sunt, petentes eos a praestito nobis iuramento absolvvi eisque traditas arces restitui, ut a praesente et imminentे adversitate et exitio liberari possint, cum pluribus aliis eiusmodi et maioribus querelis. Quamvis autem haec peticio nobis molesta esset, eaque de caussa cum secrecioribus nostris consiliariis diu multumque consultaremus, scientes non solere arces sine magna et urgente caussa facile derelinqui, attamen voluimus clementer arce Habsel cedere, qua contenti esse noblebant, verum instanter eiulando et lachrimando petebant, ut illis et Lodau adiungentur et per consequens tota terra, quam vocant Wycke, aut eosdem a praesenti exicio liberaremus, ne per retentionem alterius arcis in absencia nostra, tanquam errantes et desperditae^{j)} oves a lupis dilacerarentur etc.

Ob has fusas preces coegimus denuo consilium, et cum ultra octuaginta bellicosos viros, in quos spes aliqua ponenda erat, non habueramus, nobiles autem nostri nullo modo vel equum unum saltem ad indagandos hostium animos et gestus praestare voluerint, ut interim de maioribus servitiis taceamus, certoque nobis a fidedignis relatum esset ac per nostros exploratores nobis constaret, nos nedum cum Reinoldo, sed et cum primoribus huius regionis rem habituros, a nostris autem amicis et consanguineis hoc tempore nulla spes esset de transmittendis suppetiis, voluimus praedictis de caassis e duobus malis minus malum eligere illisque potius duas arces (salvo tamen iure nostro) tradere, quam illos rapina, cede, incendio devastatos ac depopulatos videre, cum eam vim et iniuriam in praesentiarum nulla alia ratione repellere possemus. Proinde diximus illos (ubi videbamus litteris ac sigillis per Capitaneum Gylsen et alios sibi adjunctos illorum bonis et corpori satis abundeque provisum) liberos a iuramento tradidimusque pro salute illorum arces, adnexa semper clausula, quemadmodum et supra retulimus, salvo iure nostro. Id quod testantur datae hac de caussa nostrae literae. Cepimus itaque cum nostris ultima Septembris, non tamen ea via, ubi erat exercitus, iter in archiepiscopatum Rigensem, et quamquam sexaginta equites et quadraginta pedites ex Harrien et Revell nobis insidias in itinere struere conarentur, attamen favente Deo Optimo Maximo sine ullo periculo venimus in arcem nostram Ronnenburg, ubi pariformiter quotidiane incursiones hos-

tium timemus. Coacti enim fere sumus Nobilem et Strennum fideleme nostrum Reynoldum Sachs, hic in Livonia et liberos et uxorem habentem, et Erasmus Heintzen, officialem nostrum, qui ambo in extrema nostra necessitate et alias ubique strenue, fortiter et fideliter omni diligentia erga nos sese exhibuerunt et gesserunt (si modo incursions in hoc archiepiscopatu Rigensi praecavere volumus) dimittere atque a nobis ablegare. Abiit itaque ex hac regione Sachs non sine magno salutis suae periculo, post se uxore, liberis ac bonis relictis.

Praeterea quamvis supremus exercituum dux cum omnibus sibi adiunctis literis et sigillis Capitulo et nobilibus episcopatus Osiliensis fidem de non offendendis corporibus et bonis dederit, attamen parum steterunt promissis. Nam statim post discessum nostrum ac factam a Capitulo et nobilibus traditionem domorum et arcium, est Decanus illius ecclesiae cum suo consanguineo in propriis aedibus interemptus atque interfactus omnibusque bonis privatus. Deinde pars adversa, quidam Fienck nomine, servitor Commandatoris a Revell, et Bernhardus Bierch Ottонem Stoltzenaw, Capitanum in Lodaw, et quendam alium hominem nobilem, integrum, antiquum, optimis stemmatibus natum Nicolaum de Hungern, suspenderunt, illorum omnium corpora dolenter ac misere candelis exusserunt in hunc finem, ut scrutarentur, ubinam thesaurum eorum haberent absconditum. Acceperunt itaque contra initas ac depactas sigillis ac literis firmatas transactiones praenominato Nicolao de Hungern mille et quingentas marcas. Verum Stoltzenaw adhuc in vinculis detinetur, quamvis duo millia marcarum pro liberatione eis^k obtulerit^l. Praeter haec quendam bombardarium in arce Lodaw transfixerunt; insuper multa nobilium praedia igne devastata sunt, facta minime christianos decentia etiam in mulieres et virgines quottidie peraguntur, adeo ut multi ex Capitulo et nobilibus bonis eorum priuentur.

Ob haec igitur omnia, cum praenominatus Reynoldus, non attento quod Regiae Vestrae Maiestatis consilium et iussionem, ut hanc causam non aliter quam iure decidi desideraremus^m, obedienter accepimusⁿ, non consideratis itidem pontificis citationibus, commissariis et literis compulsorialibus et imperatoriis inhibicionibus, legittiime etiam per totam Livoniam publicatis, temere tanquam inobediens rapina, caede, incendio, sacrilegio ac pluribus aliis minime christianis et ut maxime ad Episcopum pertinentibus factis, se incapacem episcopatus reddiderit, nosque quottidianas incursions ab eo timeamus, confugimus ad Regiam Vestram Maiestatem tanquam ad clementissimum et charissimum nostrum Dominum, patrem et avunculum, in quem omnem spem hiis in terris ponimus, tanquam ad sacram anchoram^o, enixe petentes, eadem dignetur in sententiam huius adiunctae^p copiae, litera A signatae, aut^q etiam aliae, prout commodius Regiae Vestrae Maiestati videbitur, in utilitatem nostram ad Pontificem Maximum^q, ad Romanorum Regem^r, ad Iudicium Caesareae Cameræ proprio cum nuntio scribere. Deinde hoc negocium apud status et ordines Livoniae, praesertim autem Magistrum Ordinis Teutonicorum, ita per legatos suos temperare, ut ablata nobis possessio episcopatus Oziliensis ante omnia usque ad decisionem caussae restituatur, damna nobis, Capitulo ac nobilibus nostris illata resarciantur, nosque quieti et pacifici sine ulla perturbatione ac molestatione vivere possimus. Quod ubi non fecerint, cogi Regiam Vestram Maiestatem nos tanquam sanguine iunctum, ut

nepotem ex sorore, et rebus et consiliis ipso facto minime deserere
etc. Datum Ronnenburgk 25 Novembris anno etc. XXXIIII.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae nomine Marchionis Guillelmi^r etc.

- | | |
|---------------------------------------|---|
| a) in ms. Osiliense | n) correctum ex: acceperim |
| b) supra lineam. | o) in ms. ancharam |
| c) correctum ex: militum | p) correctum ex: adiunte |
| d) correctum ex: Christianitas | q) suprascriptum pro expuncto: ut |
| e) in ms. pusillamines | r) correctum ex: pro Marchione Guillelmo. |
| f) sequitur expunctum: cognatis | 1) Clemens VII. |
| g) supra lineam. | 2) Thomas Schöning. |
| h) in ms. discremen | 3) Ioannes Bey. |
| i) suprascriptum pro expuncto: itaque | 4) Valerus a Plettenberg. |
| j) in ms. deperdit | 5) Henricus de Galen? |
| k) supra lineam. | 6) Paulus III. |
| l) sequitur expunctum: eis | 7) Ferdinandus I. |
| m) correctum ex: desiderarem | |

N. 1066.

E Regio Monte, 25.XI.1534.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de Lubicensium et comitis palatini Rheni una cum comite ab Oldenburg [Altenburg] et Ordine Theutonicico contra Prussiam conspiratione et moliminibus narrat et omnem spem suam ac fiduciam in rege collocat.

(Schedula: de Ioannis Pein ex Holsatia exspectato reditu).

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 562-565.

Posteaquam Illustrissimus Princeps, Dominus Christianus Holsatiae etc. Dux, adfinis et frater meus charissimus, ad me scripsit certiore magna reddidit, quibus modis ac rationibus inter Illustritatem Suam eiusdemque germanos fratres ac haereditarias terras provinciasque ab una et Lubecenses partibus ex altera constituta^{a)} sit pax et concordia, cuius transactionis Illustritas Sua ad me^{b)} copiam transmisit, operae premium me facturum existimavi, si pro debita obedientia Regiae Vestrae Maiestati eiusmodi Illustritatis Suae scripta ac transactae pacis et concordiae copiam translatam ex Germanico in Latinam linguam transmitterem indicaremque ea, quae cammerarius, fidelis atque dilectus consiliarius meus, quem ad expedienda quaedam negotia Gedanum misi, ad me scripsit, dixisse scilicet Dantiscanum quendam civem, modo ex Lubecka domum reversum, quod ab honesto quodam ac fide digno viro in Lubecka audierit, quo modo Comes Palatinus Rheni¹⁾ in animo habeat Teutonicum Ordinem fortiter et defendere et tueri illiusque magnam gerere curam. Rumor est etiam conspirationem ipsum habere cum Comite de Altenburgk²⁾ et Lubicensibus hoc modo, ut si apud ipsos staret victoria, milites recta statim via in Borussiam sese conferre ac proficiisci deberent, urgente illud propositum Comite Palatino.

Quid porro Ordo in Livonia ex multis et variis practicis, Regiae Vestrae Maiestati optime cognitis, facturus esset, facile aestimare et conjecturare id ipsum Regia Vestra Maiestas pro summa sua prudentia ac bonitate poterit. Quae res nunc mihi non minimam occasionem praebuisse videtur, quominus Serenissimi Regis Ferdinandi negocium apud Regiam Vestram Maiestatem quaesitum conficiatur etc.

Ad haec in recenti etiam memoria adhuc habeo, scriptum esse nondum integro anno exacto hoc in Borussia a quodam, nigrum illud signum gestante, quod et ego olim gestare sum solitus, nempe quod brevi admodum tempore nos omnes in illa Borussiae provintia et regione miram rerum omnium metamorphosim et tragoediam visuri essemus atque cognituri. Quae cum ita sese habeant, spem meam omnem ac fiduciam in Regiam Vestram Maiestatem et pono et colloco, nec etiam dubitabo, quin Sacra Regia Vestra Maiestas haec omnia et temporis oportunitatem et varias illas practicas pro innata hac sua et summa illa a Deo concessa prudentia altius paulo consyderatura sit et ponderatura. Inprimis autem confido Regiam Vestram Maiestatem, tanquam prudentissimum Regem, summa sua et prudentia et autoritate hisce omnibus malis et periculis pro temporis necessitate iturum obviam daturumque operam, ut istis futuris malis in tempore occurri ac resisti possit. Quantum ad me measque provintias et subditos meos attinet, non deero nec opera nec re, nec propriis denique corporis viribus... Datae e Regio Monte XXV Novembbris anno etc. 34.

Schedula

Expecto adhuc cottidie fidelem atque dilectum consiliarium meum Ioannem Peyn, Capitanum in Insterburgk, quem ad Illustrissimum Principem Hulsatiae etc. Ducem³⁾, ad finem meum charissimum, alegavi. Is eiusmodi pacis et concordiae transactionem, item alias res et negotia, quae transscribi facile non possunt, clarius omnia mihi indicabit. Quod si cognoscere voluerit Regia Vestra Maiestas, faciam eandem ea de re quam primum certiorem etc.

In initio epistolae in margine: Regi Poloniae.

- a) sequitur expunctum: est
b) supra lineam.

- 1) Fridericus II.
2) Christophorus.
3) Christianus.

N. 1067.

E Regio Monte, 25.XI.1534.

Albertus dux in Prussia

*Petro Tomicki, episcopo Cracoviensi,
doctorem Ioannem a Kreytzen, consiliarium suum, ad futura Comitia
Petricoviensis, ad eum et alios proceres et ordines Regni Poloniae,
in causa limitum inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum
Prussiae determinandorum mittit et causam ipsam ei commendat,
ut futura hieme fines controversi tandem terminentur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 552-553.

N. 1068.

E Regio Monte, 25.XI.1534.

*Albertus dux in Prussia
proceribus Regni Poloniae Comitiis Regni Petricoviae interfuturis
doctorem Ioannem a Kreytzen mittit et petit, ut ei benignas aures pae-
bere fidemque dare velint.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, f. 553.

N. 1069.

E Regio Monte, 25.XI.1534.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschatz
exemplar litterarum ad regem, nomine marchionis Gulielmi scriptarum,
mittit et rogat, ut eas inspiciat et regi, si eas nondum a marchio-
ne Gulielmo acceperit, porrigit.
(Schedula: rogat, ut causam marchionis Gulielmi contra Livonien-
sium odium promoveat; nova sibi Roma missa transmittit).
Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 205-206.*

An Nickell Nipschitz den 25 tag Novembbris 34.

Ernvester, lieber, getrewer.

Nachdem der hochwirdig, hochgeborene furst, unser freuntlicher, ge-
liebter bruder, her Wilhelm, coadiutor der ertzbischofflichen kirchen
Riga, etc., uns unterwegen, als wir nach Driese gezogen, wie sich
alle sachen mit seyner l. in Leyfflandt zugetragen, zugeschrieben, so ha-
ben wir in unser widerheymkunft seyner l. und dem handel zugutt ein
schrift an ko.mt. zu Polan in seyner lieb namen gestelt, die wir dir
hieneben zufertigen. Dweyl wir aber dennacht die beysorg tragen
mussen, das sein l. villeicht selbst ko.mt. mehr des handels durch ein
botschaft oder schrift haben berichten lassen, so uberschicken wir
dir hiemit solchs schreibens an ko.mt. abschriften in teutschs zu, gne-
diglich begerende, du wollest dieselbtige mit vleiss übersehen und wo
du befundes, das solcher gestalt ko.mt. durch unsern bruder bericht
bescheen, dieselben schriften bey dyr behalten und uns bey zufelliger
post widerumb ubersenden; wo nicht, ko.mt. behendigen und uff vleis-
sigst bey seyner ko.mt. anregung thun, damit demjhenigen, wie in
solcher schrift gebeten wurdt, schleunige voltziehung beschee. Daran
thustu uns dangknemenden gefallen in gnaden zu erkennen. Datum Ko-
nigspergk den 25 tag Novembbris, ut supra.

Cedula

Als wir diese schrift verfertigt, seindt uns beyligende schreiben
mit B. und C. verzeichenth, so an unsern heuptman zur Mymel¹⁾ auss
Leyfflandt geschicket, zukommen, waraus wir befinden, das sich die
verfolgung unsers geliebten bruders wenig lindert, sondern das der
alte hass, den dis volck zu hochgeborenen fursten tregt, herfurpricht,
eyntweders gerurten unsern bruder aus den landen zu treiben, oder
dahin zu dringen, allen zugefugten höeen, spot, schaden und rechtferti-
gung fallen zu lassen, die hende zu pinden, von herrn und herrn freun-

de abzusondern und der zu verphlichten, das herrn und freunde sich des alles nit annemen solten. Geben auch fur, damit sy ir furnemen schmugken mugen, das Bixoveden bebste mandata hab jnen zu restituiren. Welchs doch der warheit gantz ungemess, dan wie solt bebsliche ht. solche mandath über ausgegangene citation, inhibition und das die sachen dem cardinal Campegio rechtlich committirt, von sich geben. Es wer dan, das die indirecte (dovon uns doch unsers bruders gesandte, so sein l. noch zu Rom hat, gar nichts geschrieben) aufgepracht. Es macht auch die lyndigkayt koniglicher mt. zu Polan etc., wie du dich auss solchen abschriften zu ersehen, den leuten ein grosse hertze etc. Demnach begern wir gantz gnediglich, du wollest solchs alles und was der sachen ymer dienstlich sein kan oder mag, ko.mt. wol einpilden und mit allen vleis anregen, damit, dasjhenig, so zu furderung des handels imer ersprieslich, ins erste beschee und voltzogen werden, wie du dan solchs mit guter geschicklichkeit wol ze thun weiss. Das wollen wir neben vilgedachtem unserm geliebten bruder gegen dir in allen gnaden zu ereknnren nit vergessen. Schicken dir auch hiemit zeytungen, so von Rom geschryben werden. In der ersten, mit D bezeichnet, wurdestu finden, was sich fur eyn auffrur in Italia und Roma wegen des babsts²⁾ kranckheit begeben. In der andern mit E signirt, so unsers geliebten bruders, marggraff Wilhelms, secretarius, aus Roma an uns geschrieben, wie es eytell, erdicht dingk mit des babsts kranckheit gewesen, vorstehn. Datum, ut supra.

1) *Georgius Klingenbeck.*

2) *Clemens VII mortuus est 26.IX.1534, Paulus III electus 13.X.1534.*

N. 1070.

E Regio Monte, 29.XI.1534.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

rogat, ut rex in negotio marchionis Gulielmi, coadiutoris Rigensis, ad Comitia Rigensia, ad diem 13.XII.1534 indicta, oratores suos vel litteras mittat.

Cjr. El. XLVI, N. 152.

Ostpr. Fol. vol. 42, ff. 206-206v.

Ann Nickel Nyptschitz denn 29 tag Novembris 1534.

Nachdem du nuhemehr von uns oftmals welcher gestalt mit unserm freuntlichen, lieben brudern, herrn Wilhelmen, der ertzbischaflichen kirchen Riga coadiutorn, postulirten herrn zu Ozell, marggraffen zu Brandenburgk etc., wider alle pilligkeyt und rechtserbietung gehandelt, auch wie itzundt seyner lieb sachen gelegen, eigentlichen und grundtlichen bericht bekommen, wollen wir dir doch gnediger meynung nicht bergen, das egemeltem unserm lieben brudern, dem coadiutori, von den stenden in Leifflandt itzundt ein tag zu gutlicher und therhandlung gegen Riga auf den XIII Decembris beschrieben und angesetzt, aldo sol sein lieb personlich erscheynen etc. Dieweil wir aber befunden, das unser briff, furdernus und potschaft des orts weder gehort nach angesehen und doneben zu vormueten, dass auss solcher gutlicher underhandlung wenig guts erfolgen, sondern umb soviel dest

mehr gedachten unsern brudern zu verfortheilen und auss seynen ge
rechtigkeit zu laiten angefangen werde, so ist demnach unser gar genedigs
begeren, du wollest solchs ko.mt. zu Polan etc., unsern gnedigsten herrn
und freuntlichen, lieben ohemen, durch guthe geschickligkeit vortragen
und darauf mit allem vleiss, wie wir nicht zweifeln, du thun wirdest,
verfurdern und sollicitirn, ob sein ko.mt. nachmals sich ires lieben
schwestershoens, unsers bruders, anzunemen gesucht und derselben
zugutt, auch abstreckung und schaw seyner l. widerwertiger, trotziger
buchen und vornemen, wo es muglich, ein anseliche botschaft zu sol-
chem tage an die obbenante stende in Leifflanth abfertigen zu schicken.
Im fhal der unmöglichheit und das die zeit legation zu senden zu
kurtz, schriften auf benannten tag von irer mt. mit geburlichem, konig-
lichen ernst durchpicket ubersenden wolte etc., auf was masse aber
wirt seyn ko.mt. auss hochem koniglichen vorstandt wol zu thun
wissen, doch in allwege, das unser bruder nicht vorgebe^{a)} und wider
die pilligkeit von rechten gedrungen werde. Welchs sonder zweifels
gemeltem, unserm brudern, dem coadiutori etc., nicht zu geringem
trost und^{b)} vortheil, auch grossem rhum des hauss Brandenburgk ge-
reichen wurde, angesehen das dennacht ko.mt. derselben lieben schwet-
stershoenn als gepornen marggraffen mit trost, rathe und hulff nicht
zu vorlassen gedeckten, nicht zweifelende, du wirdest die sachen zu
furden und vorzustellen, moglichen vleiss nicht sparen. Das sein wir
neben offtgedachtem unserm brudern coadiutorn etc. gegen deyner
person in sondern gnaden zu erkennen gantz geneigt. Datum Konigspergk
den 29 Novembbris 34.

a) *lectio incerta*.

b) bis scriptum

N. 1071.

E Regio Monte, 8.XII.1534

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschitz

*de quodam monetae magistro suspicionibus purgando et inter novae
monetae, quam rex Vilnae aedificare cogitat, operarios adnumerando.*

(Germanice)

Cfr. El. XLVI, N. 155.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 206v-208.

N. 1072.

E Regio Monte, 10.XII.1534.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*pro Francisco Richter, cive Posnaniensi, ab alio cive Posnaniensi, Pe-
tro ab Emden, magnam iniuriam passo, intercedit; deinde rogat, ut
eidem Francisco Richter, debitores in Polonia, Lithuania, Russia et
Borussia habenti, salvum conductum ad unius anni spatium conce-
dat, quo a debitoribus suis creditam pecuniam exigere et suis
etiam creditoribus satisfacere possit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 49, ff. 565-567.

N. 1073.

E Regio Monte, 14.XII.1534.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

regiae aegritudinis nuntio valde se contristatum esse, nunc autem de meliore eius valetudine maxime gaudere nuntiat; diem adventus legatorum Ioachimi iunioris marchionis Brandenburgensis sibi nondum cognitum esse significat.

(Germanice)

Cfr. El. XLVI, N. 154.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 208-208v.

N. 1074.

E Regio Monte, 18.XII.1534.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschatz

transmittit latine conversum exemplar tractatus pacis inter Christianum ducem Holsatiae et Lubecenses initae et rogat, ut id regi tradat; adnectit exemplar litterarum eiusdem Christiani ad se datarum.

Ostpr. Fol., vol., 42, f. 208v.

Ann Nibschatz denn 18 Decembris anno 34.

Unsern gunstigen grus und gnedigen willen zuvor.

Erbar und erenvester, lieber, getrewer.

